

Wd
2037



Q.1



Q. K 119, 13.

6.



MEMORIA
INSPECTOR. ECCLES. PROVINCIALIVM,
QVOTQVOT, SVB FELICISSIMIS,
ERNESTI PII,
FRIDERICII,
ET
FRIDERICI II.
AVSPICIIIS, SACRO MVNERI PRÆ-
FVERVNT, RESTAVRATA,
AB HORVM RECENS CONSTITVTO SVCCESORE,
IOANNE ELIA REICHARDTO.

GOTHAE,
LITERIS REYHERIANIS,
ANNO MDCCXXIX.


BIBLIOTHECA
POMERANIANA



SERENISSIMO
PATRIAE PATRI;
FRIDERICO II.
DVCI SAXONIAE, IVLIAE,
CLIVIAE ET MONTIVM, VT ET ANGRIAE
ET WESTPHALIAE,
LANDGRAVIO THVRINGIAE, MAR-
CHIONI MISNIAE, PRINCIPI COMITI
HENNEBERGAE, COMITI MARCAE
ET RAVENSBERGAE,
DYNASTAE RAVENSTEINII
ET TONNAE,
MVNERIS SACRI, QVO INSPECTORES PROVINCIALIVM
ECCLESIAEVM PERFVNGVNTVR,
ADVERTORI ET VINDICI RELIGIOSISSIMO,

*MONVMENTVM, IN HORVM HONOREM,
EXCITATVM, SACRVM ESSE VVLT,*

IOANN ELIAS REICHARDT.



Q. D. B. V.



Um historia, auctore *Cicerone*, sit testis temporum, lux veritatis, memoria vitæ, & dulcis recordatio recte factorum, virorumque de publica re meritorum; horum autem virtus & cultus, rectiori modo non innotescere possit, in vita superstitionibus, nec eis usui fieri, & ad recte agendum incitamento, quam si in opera, quæ pro bono publico gesserunt, in monumentis vulgatis obvia, quasi in speculo intuentur, & hac ratione ad vestigia, quæ pie signarunt veteres, legenda & premenda arcanis quibusdam stimulis aguntur, & exsuscitantur. Operæ igitur precium me facturum autumo, si quando hac occasione, cum e molestissimo, quod scholasticum est, munere, ad suscipiendam inspectoris provincialis spartam, non ita pridem vocatus fui, virorum, qui superiori tempore sacro hoc officio perfuncti fuerunt, hac tabula interprete mentionem faciam, eorum incunabula, educationem, vitæ actus, studiorum delectum, & beatam denique mortem per summa capita recenseam, & ita interceptam rerum memoriam ab oblivione & interitu vindicare sustineam. Eo plus studii autem & benevolentia, me penes lectores consecuturum esse, spero non modo, sed plane confido, quo minus alii, qui vel ex industria de rebus *Gothanis* scripserunt, vel uberiori sermone in has commentati sunt, horum optime meritorum de DEI civitate virorum meminerunt. Enim vero, quamvis *Caspar Sagittarius*, *Wilhelm Ernst Tenzelius*, *Fridericus Rudolphi*, & *Georg Michael Pfefferkorn*, præcipui patriæ historiæ conditores, in annalibus, quos consignauerunt, sacri palatii quæstorum, intimioris admissionis consiliariorum, sanctioris concilii præsidum, redituum ducalium directorum, sacrorum

A

pu-

(1)
autor mu-
neris.

(2)
tempus
quo coe-
pit.

publicorum antistitum, civitatis regiae consulum, mysteriorum dispensato-
rum, rectorum reliquorumque athenaei magistrorum, & denique Senato-
rum nomina, facta & fata commemorent, eaque sat prolixè interdum de-
scribant; nil quicquam tamen de censurae provincialis curatoribus, nescio,
quo casu & culpa hoc factum, scriptum reliquerunt posteritati; cum ta-
men passim insperferint, & interjecerint recte dictis, qua ratione muneris
procuratio quondam fuerit suscepta, in quem finem a gloriosae & immorta-
lis memoriae principe (A) ERNESTO PIO institutum, quomodo sub Se-
renissimo ducatum haerede FRIDERICO I. usum habuerit, & adhuc sub
fortunatissimis FRIDERICI II. auspiciis, variis utilitatum nominibus sese
distinguat. *Fridericus Rudolphi*, rerum ad politiam pertinentium arbiter &
recuperator, in *Gotha diplomatica, quae Francofurti ad Moenum* anno MD.
DCC. XVI. in lucem prodiit, de habitudine & indole functionis non modo
agit, sed etiam anni mensem, quo sacrum munus hisce in principatibus
coepit administrari, expressissime indicat. Erat is Aprilis, (B) anni recupe-
ratae per Servatorem salutis (I) MD. DC. LXVI, quo indulgentissimi pa-
tris

- (A) Oliuerius Cronwell Angliae protector, qui tanquam exterus nihil affectibus dat, ERNESTVM pium, inter tres sui temporis Principes Europae prudentes, numera-
re solet, teste Samuele Reyhero, in dedicatione dissertationis de tribus nummis
uneialibus antiquissimis. A Gregorio Abyss. dicitur ein frommer auch in Äthiopischen
Büchern und Regiments-Sachen höchst-beständiger Herr. Pfefferkorn in *chronico Thurin-
giaco* p. 149. Es ist dieser theure Fürst, ein beständiger Liebhaber Christi, ein na-
türlicher Entwurf von dem rechten alten und noch unvermengten Teutschland, ja
ein kurzer Begriff aller bey denen Ernestinischen Linien jemahls bemerkten Fürstlich-
lichkeiten. Plura invenies in oratione panegyrica, in memoriam Ernesti pii anno
MDCCXXIX. die Martii XXVI. in divae Margarethae templo, habita, ab Ernesto
Salomone Cypriano Theol. D. & Consiliario consist. & ecclesiastico Antoine Tes-
sier Conseiller & historiographe de la Serenité Electorale de Brandenbourg qui a
écrit la vie d'Erneste surnommé le pieux Duc de Saxe, nennet diesen Herzog p. 18. le
miracle du monde, und spricht von seinem Eifer Gottes Ehre zu befördern, p. 84.
Il avoit extremement à coeur l'avancement du regne de Iesus Christ, & la cor-
rection des vices, à laquelle la discipline ecclesiastique peut de beaucoup contri-
buer, il prit de justes mesures, pour la faire observer dans ses etats. Il avoit
donné les ordres necessaires pour instruire tous les Sujets dans la science du sa-
lut. p. 137. Il exhortoit toujours ses domestiques, à mepriser la terre, toutes
ses vanités, & a ne chercher le plaisir, que dans la pieté & p. 100. Ernestez
etait pas du nombre de ces Princes, qui savent faire de bonnes loix, mais, qui
se reservent le droit de les violer, quand bon leur semble. Il servoit luy me-
me de bon exemple à ses sujets, & par la regularité de sa conduite, & par la
sainteté de ses moeurs il leur monroit le chemin de la vertu, & de la pieté.
- (B) Sagittarius nennt das 1666. Jahr ein beglücktes und besonders merkwürdiges
Jahr, a) hat Johann Philipp Churfürst zu Mainz die Lehn-Gerechtigkeit über
das Schloß, Stadt und Amt Gotha, Tennebergk, und was sich bey dem Fürstl.
Gothaischen Hauß von Mainzischen Lehn-Stücken befunden, fahren lassen, und
darüber einen Renunciations-Schein und Versicherungs-Brief ausgestellt, b) hat

tris patriæ ERNESTI jussu, destinatis ad hanc prouinciam administratoribus, hæc lex, ordo, & modus præscribatur, ut sacrorum rationem sedulo inspicerent, in sacerdotum vitam, mores, doctrinam, & studia inquire-⁽³⁾ rent, ritus & ceremonias observarent, & præcipue caverent, ne labis ali-^{modus} quid & inluciei divino cultui, quem sincerum & purissimum esse oportet, ^{admini-} adspergeretur, & eorum negligentia seculi depravatione inficeretur, & ^{strand.} plane vitiaretur. Nouerat enim DUCUM religiosissimus, Numinum terrestrium curam senatoriam, in eo in primis consistere oportere, ut sacratissimum illud terrarum ancile & palladium, æternam veritatem, inconcussam seruent, futuris in imperio successoribus integram tradant & hanc contra quoscunque cacodæmonis & prauorum insultus & machinationes ⁽⁴⁾ tuendam, eorum fidei committant. Cum autem ob præfecturarum ampli-^{Inspecto-} tudinem, vicorum, & pagorum longinquitatem unus arduæ moli sustinendæ ^{res prov.} minime sufficeret, duobus initio viris Ernestina auspicia prouinciam hanc ^{in Thuria-} demandauerunt. Primus, qui in Thuringia, hujus administrationem in se ^{gia.} suscepit, fuit HEINRICUS PHILIPPUS HERWART, qui anno MDCLXVI. (C) Eischlebio vico, ad quartum lapidem ab Arnstadio, accersitus, ^{I.} ad annum MDCLXIX hoc in imperato munere perstitit, ex quo Bitterfeldam urbem in Saxonia superiori ob (D) salmonum, seu anchoraginum captiones, quas IOHANN GEORG I. Saxonum Elector ordinavit, celebratam (E) satis, missione prius impetrata, abiit, ad clavum rei sacræ hac in civitate vocatus. Multis nominibus laudari beatæ memoriæ vir meretur; maxime ob sanctius purioris religionis & non fucatum pietatis studium: ob

A 2

infi-

die General-Visitation den Anfang genommen, c) ist im Verck gewesen, das Collegium Hunnianum zu etabliren, welches darinnen bestehen sollen, rechtschaffene gelehrte Theologos zu ordnen, welche wider die falsche Lehre so lang schreiben sollten, bis die Widerwärtigen nichts mehr mit Grund aufbringen könnten vid. Seckendorff de statu Christi. I. c. 10. d) ist die Landes-Ordnung gedruckt worden. e) ist denen Geistlichen die Besoldung erhöht worden, f) sind im April dieses Jahres Kirchen-Inspectores bestellet worden, welche auf die Sonntage unvermuthet in die Dörffer ritten, die Pfarrer predigen hörten, und genau inquirirten, und deßhalb an das Consistorium Bericht erstatteten, mit welcher Inspection auch bis jezo beständig continuiert wird. Rudolphi in Gotha diplomat. Tom. I. c. XV. §. 77. In Reichs-Merkwürdigkeiten, pag 621. & Eyring in vita Ernesti c. XIII.

- (C) Eischleben, oder, wie man es findet Eg:leben an der Wipper, welche im Thüringer Wald über dem Dorff Wipperoda entspringet, und unter Eischleben in die Gera fällt.
- (D) Piscatus anno primo elocas DC. captos fuisse, Vechner. in breuiario Germaniæ p. 156. testatur.
- (E) Ehr. Licent. Heinrich Philipp Herwart hat mit Vorschützung seiner unbeständigen Leibes-Kräfte, um dero gnädigste Vergünstigung und dimission, zur Annehmung eines ihm unvermuthet, und unzweifflich aus sonderbahrer Fügung des allmächtigen Gt.



infignem ingenuitatem animique candorem, ob singularem (F) ani-
 mi demissionem, qua inprimis ad Servatoris similitudinem accedere vo-
 luit, & denique ob ampliorem rerum divinarum & humanarum scien-
 tiam, cujus ope imperatas officiorum partes rite obire, easque ex voto explere
 potuit. Divina destinatione autem, & provida optumi parentis, Serenissi-
 mi Ducis Saxo-Isenacensis quondam, cum viveret, in ærarii rebus con-
 sultoris, cura, in prima teneritudine ad literarum studia venerat, & cum in
 hisce domi, & in celebri, quod Isenaci erat, athenæo, felices accessiones
 fecisset, anno adolescentiæ decimo septimo, in Giefense prytaneum, auspi-
 ciis LUDOVICI Landgravii anno superioris seculi septimo fundatum, quin-
 quagesimo autem restauratum & amplificatum, missus est. In quo, quod,
 uti in variis doctrinarum generibus, ita etiam in literis ex oriente datis, e-
 gregie profecerit; compendium Talmudicum (F) Alphesi, manuum con-
 tractatione ex frequentiori lectione fere dilaceratum, librique (G) variorum
 argumentorum, quos in usum sanctioris linguæ cultorum, in lucem dedit,
 certissimo documento esse possunt. Hac in morum & studiorum officina,
 cum virtutem & solidiorem eruditionem probasset in profectus inquirenti-
 bus magistris; literati laboris, quod in philosophia & Theologia summum
 est, præmio, cohonestatus, domesticas scholas instituit, in quibus discendi
 cupi-

tes anders woher angetragenen etwas ruhiger Kirchen-Dienstes gebethen, wie
 nun Se. Fürstl. Durchl. ihm allewege mit Gnaden beygethan, auch bedacht gewesen,
 denselben bey ehest vorfallender vacantz ebenmäßig mit fernerer Förderung zu ver-
 sehen. Also und demnach der vorangedeutete anderweitige Beruf ins Mittel kommen,
 dadurch er verhoffet, der Kirche Gottes nach seinem Vermögen nicht weniger er-
 sprteflich zu dienen. Also haben Se. Fürstl. Durchl. so wenig der Kirche, und Ge-
 meinde, zu welcher er beruffen wird, als ihm in verhoffter seiner Wohlfahrt
 hierunter aus handen gehen, sondern nechst Wünschung göttlichen Segens,
 und Gedeuens ihm mit der gesuchten dimission und Urlaub gnädigst willfahren
 wollen; gestalt sie ihme dieselbe hiermit gnädigst ertheilet, und gegeben, zu solchem
 Ende diese schriftliche resolution aufstellen lassen. 1668. d. 16. Decembris.

- (F) Ex literis, quas b. v. anno c10 DC LXXX ad Serenissimum Principem ERNE-
 STVM dedit, hæc virtus luculenter cognosci potest. Weilen die Göttliche Pro-
 videntz, durch mich armes Werkzeug und elendesten Jünger, so in Ew. Hochfürstl.
 Durchl. wachsamem Regenten Schul durch etliche auch unterste Classen geführt wor-
 den; so will auch nunmehr anderer Orten dero Christl. Fürstl. und bey Kirchen und
 Schulen auch Erhebung des leider gefallenen Christenthums heylsamste Anstalten,
 ferner kundig machen.
- (F) *Jacob Alphesi* prope Fez in Africa, unde & nomen traxit, natus anno Servatoris
 c10 XII. obiit, biennio ante *jarchium* anno ætatis nonagesimo. vid. *luchasin* p.
 32. R. D. *Ganz* in *Tzemach David*, ad annum mundi 4863.
- (G) Scripsit *scrutinium* ex *Glassii* philologia sacra desumptum: *scrutinium* biblicum,
 quo voces emphaticas sermonis Hebræi explicavit: raptum Pauli exhibitum: Com-
 pendium Grammaticæ Syro-chaldææ; *dissertationem* in voces quasdam Syriacas

cupidos artium alumnos, salutaribus doctrinarum præceptionibus imbuit. Redux in patriam, DEO piorum duce & salutis statore & procuratore, hanc regiam in urbem, sanctissimis Ducis ERNESTI legibus & institutis celebratissimam, venit, a quo Saxonum heroe non diu, postquam advenerat hospes, Eischlebiensibus primum datus est, felicitatis perennaturæ custos, tertio ab hinc anno ecclesiarum provincialium inspector constitutus, qua in statione tamdiu permansit etiam, donec apud *Bitterfeldenses* ad summum sacerdotium proveheretur. Quemadmodum autem beatus antistes in hisce regionibus nostris, in id excubuit totus, ut animos auditorum suæ fidei commissorum, vera & viva Servatoris, qua religiosa pietas, publica hominum salus & æterna felicitas continetur, cognitione erudiret; ita non alium in Saxoniam superiori, finem sibi præfixit & constituit, quam ut a recto detorsos, divinæque veritati malitiose oblucentes, a (H) militari & trita via, quam plaustrariam dixerunt veteris ecclesiæ patres, ad cultum diviniorem revocaret. Matrimonium iniit eodem tempore, ex quo ad primum sacerdotium venerat, cum ornatissima sexus sui virgine, *Christiana Margaretha, Baltasaris Glasfi*, medicæ artis doctoris, & archiatri Saxo-Gothani, filia, cum qua summa animi concordia (I) quæ summa, teste *Homero*, felicitas, quam unquam conjuges consequi possunt, vixit, & ex ea tres liberos suscepit. Venio nunc ad tempus, quod supremum huic fuit. Æque enim ad exemplum pertinet, & concelebrare vitam virorum, de bono publico me-


A 3


rito-

in N. T. obvias. Marc. 5. r. 41.







Act. 9. v. 36.

 Δόβρας. Marc. 3. v. 17.



Græcis Βοναργές αΨΑΓ ΒΒ Donner-Kinder & Actor. 1. v. 19.



 ἀκελδάμα, quod sermone Hebræum, a Syro per   vertitur.

(H) Ich unterlasse nicht, durch mich elendes Werkzeug, nach hiesiger Orten Bewantniß das Werk des HERREN, darauf Ew. Hochfürstl. Durchl. ruhmwürdigste Anstalten abzuehlen, nach Möglichkeit euserst zu treiben, und die Zuhörer vom breiten Weg abzuführen, und zu Gott zu bringen. an. 1669, d. 10. Decembr.

(I) ἄ μὲν γὰρ τῶ κρείσσον καὶ ἄρειον,
ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασι οἶκον ἔχητον
ἀνὴρ ἢ δε γυνή πολλ' ἄλγεα δυσμενέεσι
χάρματα δ' εὐμενετεσι.

ritorum, & eorum mortem contemplari. Et cum nemo unquam hac in mortalitate vixit, cui fida semper fortuna ad voluntatem fluat, sed nostrarum rerum conditio alicujus instar orbis circumvolvatur: ita etiam non lætiori semper fortuna frui potuit beatus *Herwartus*, sed variis rerum discriminibus, adversitatibus, frequentioribusque ægrotationibus, in vita expositus fuit, quas omnes tamen ea, qua decebat virum christianum patientia, pertulit & superavit. Nec mortem etiam expavit unquam, aut ad ejus adventum expalluit, tanquam ad monstrosæ Medusæ, sævique Gorgonis caput, ut hanc potius læto animo, caduceatorem quasi, fuerit præstolatus, utpote, qui jamdudum ingens humanarum rerum tædium ceperat. Decessit autem sub vesperam a. c. DC LXXXV. Aprili mense inter preces, quas ad DEUM, opificem suum & liberatorem misit, & quidem placido & lenissimo mortis genere; subinde Iacobi patriarchæ vaticinium, quo ad cognomentum *Herwart* alludit: לישועתך קויתי יהוה. & eodem sermone illud regii vatis: כחיל תערת לא אפיקי מים כן תערוג נפשי אליו, ingeminans, ægraque & fracta voce, qualis morientium esse solet, inclamans. Quæ verba Davidis postea etiam pro concione funebri explicata fuerunt.

Insp. II.
ab a. 1669.
ad 1671.

Herwarto successus fuit (K) IOHANN DAVID ZANG, qui ab anno c. DC LXXIX. ad c. DC LXXI. quo in curationem Sacrorum (L) Fridrichrodanorum cooptatus fuit, ephoriæ præfuit non modo, sed etiam huic, provisio-
ne

*Nam nihil pulcrius est meliusque,
Quam cum vir mulierque suam concorditer una
Ætatem degunt, in quo dolor hostibus horum
Sed sit gaudium amicis.*

- (K) Demnach auf unsere gnädigste Verordnung, der bishero zu Bischleben, und Moe-
bisburgef gewesene Pfarr und Adiunctus Ehr. M. Johann David Zang/ an
statt des vorigen Kirchen, Inspectoris, Ehr. Lt. Heinrich Philipp. Herwarts
zu solcher Inspection bestellet worden, als begehren wir hiermit gnädigst, Ihr
wolltet verfügen, daß er den Sonntag Septuagesima solche seine Inspection antre-
ten möge. 1669. Ernst H. & S.
- (L) Friedrichsrode quasi Friedrichs dede, welches eigentlich einen abgesonderten Ort oder
eremitage bedeutet, ist a. c. DC LXXVII. mit dem Markt, und a. c. DC LXXVI.
mit dem Stadt-Recht begnadiget worden. vid. Gotha diplom. I. II. cap. xxx. p. 240.
Von dessen Glück und Unglücks Fällen, findet man unterschiedliches, in der Oration,
die Dinkelmann weyland R. zu Gotha gehalten, und welche M. Cyriacus Schne-
gasius, weyland Pastor zu Friedrichsrode, nebst XXX. episteln, die an Myconium ge-
schrieben, edirt, und solche Sebastian Linden, Antonio Voelckero, und Theodoro
Evandern, Pfarrern zu Altenberg, Tambach und Hohenkirchen, dediciret. Nicht
weit davon hat vor dem die Festung Schauenburg gestanden, welche der erste Graf
in Thüringen, Ludovicus Barbarus, zur Zeit des Kaisers Conr. II. anno 1034.
erbauet, welcher jenem, damit er seinen Staat besser führen können, einen Strich
Landes, von Reinhardtbrunn an, an dem Hürsel-Fluß hinunter, bis nach Eise-

ne sua multum profuit. Parentem, avum, proavumque habuit Senatores per se-
culum, & quod excurrit de civitate ad rivum (M) Dhr, cui tot officinæ, fal-
cibus, ensibus, securibus, & ferreis filis conficiendis accommodatæ, totque
molæ in usum fullonum, lanificæ artis magistrorum (N) alutarum instru-
ctorum, & cerdonum extractæ, multum celebritatis & iubaris jamdudum cir-
cumfuderunt, bene meritos. In patrio ludo, literis sanctioribus, quæ *Xenophonti*
πηγαὶ τῶν καλῶν, dicuntur, tamdiu vacavit, donec Cæsarei milites plus-
quam stygio crudelitatis exemplo, Thuringiam, quacunque patet, perva-
gando, omnia cædibus, direptionibus, & incendiis miscuissent; quo facto,
exul quasi & extorris, e patriæ laribus *Brunonisvici*, ubi a *Iohanne Schind-
lero*, & *Henningo Iano*, illo Rectoris, hoc Correctoris munere fungentibus,
in literatorum tabulas relatus, coepta domi studia continuavit, & in iis,
pro ingenii bonitate, non poenitendos progressus, brevi temporis spatio
fecit. Bona superiorum pace, ex hoc Musarum domicilio a. c15 DC XLV.
dimissus, Ienam studiorum sublimiorum formatricem, discessit, ubi sub ad-
ventum inter tot infestos casus, publicas belli calamitates, domesticas etiam
adversitates, jejune satis vixit & exiliter; usque dum publici beneficii ope,
quod ex singulari celsissimorum comitum Hohenloicorum indulgentia ad
sexennium impetraverat, studia rectius alere, explicare & in majus augere
potuit. Cum autem Theologiam finem studiorum præfixisset, & bene in-
telligeret, ordine omnia constare, eumque in disciplinarum tractatione
perquam necessarium esse, non inconsulto errore Ardelionum instar, inter
literas præpostere divagatus est, sed per legitimos gradus eo, quo adspira-
bat, contendit; prorsus dissimilis illis, quorum male coeptam Musas tra-
ctandi

nach verehret hat. Über dieses, hat Jhn Bardo, Erz-Bischoff zu Mainz, bey dem
Kaysen so nachdrücklich recommendirt, daß er Vitzthum i. e. vice domini, oder
Schutz- und Schirm-Herr, über die Clöster und Kirchen-Güter worden. Auf die-
sem Berg-Schloß, hat mehrentheils residirt Ludwig der Bärtigte, auch dessen
Sohn, Ludwig der Springer, so lang, bis er die Festung Wartburg bey Eisenach
erbauet. Von c15 cc lx. liegt diese Burge wüste. vid. *Binhard* in chron. Thur.
p. 109. *Iohann Becherer* in chr. p. 107. *Gregorii von Berg, Schlössern*. Tom. I.
p. 138.

(M) Ordruvium dici vult, *Marcus VVagnerus* Frimariensis, in compendio, de regno
Thuringiaco anno c15 D LXIII. ab aure Dhr. & particula darauff per syncopen
druff. Sed *Lambertus Schaffnaburgensis* in annum D. CCC. *Zacharias Rivandus* in
chron. Thuring. p. 42. & sub finem *Iohannes Binhardus* I. 1. p. 39. existimant, a
pago ita dici, cui etiam *Ieremias VVittichius* poeta, & notarius Cæsareus consen-
tit; unde inquit, unde Dhrdorff multi, non Dhrdruff scribere pergunt, urbemque
a pago, nomen habere volunt.

(N) Walck, und Lohmühlen.

Standi rationem reprehendit, *Gregorius Nyssenus*: χθίζοι καὶ πρωίζοι ἐκ
 τῶν βανάσων ἐπιτηδευμάτων ὀρμήμενοι αὐτοχέδιοί τινες τῆς Θεολογίας δο-
 γματισαί. Frequens igitur & assiduus auditor esse coepit prælectionum,
 quas eo tempore celebratissimi nominis philosophi, *Stahl, Horst, Zeisold, &*
Sagittarius in usum discipulorum instituerant, & cum horum præceptioni-
 bus, pie & docte datis, contra pravas seculi illecebras, se satis munitum
 animadverteret, tunc demum se ad diviniorum rerum scientiam, contulit,
 & sub *Condufii & Musæi* magisterio, quorum fidei a sacrorum Ordruvien-
 sium antistite, *Iohanne Mose*, præ aliis fuerat commendatus, eo usque pro-
 fecit, ut mysteria religionis & fidei dextre explicare, ad artis regulas pro sug-
 gestu pia verba fundere, ex cathedra in utramque partem disputare, & ar-
 gumenta speciose ab aliis data, solidis rationibus confutare potuerit. Post-
 quam quadriennium hoc in Musarum sacrario exegerat, inter philosophiæ
 candidatos receptus, publicaue auctoritate anno c10 DC LXX. sapientiæ &
 liberalium artium magister declaratus, juventutem in arte docendi, tacendi,
 & doctrina morum, erudire coepit. Non diu post hæc, rector, comes
 itineris, salutisque custos datus est, *Iohanni Christophoro a Carlowitz* clien-
 telæ (O) *Herbislebenensis* hæredi, cuius capacissimam indolem, eo, qui con-
 veniebat juventutis nobili, literarum & morum cultu imbuit, & eo divini
 Numinis auxilio perduxit, ut ad regium Iuris studium, quod ita appellat
 divus *Plato*, excurrere, & ad talem eruditionem, quæ maximum sui fructum
 in actu rerum promittit, potuerit adspirare. Cum hæc ageret in prædio bene-
 ficiario artium magister, præter omnem ambitum, spem & opinionem ad mu-
 nus quod in schola summum, *Gottinge* suscipiendum & tuendum, cum vix ap-
 tior, & idoneus magis ad id sustinendum inveniretur, non paucis, nec spernendis
 condi-

(O) Herbsleben an der Unstrut, ist ziemlich alt, und soll Bonifacius allhier, eine
 Capelle gebauet haben, auf dem Platz, da izo die Kirche stehet. Anno c10. DC.
 xlii. die V. Aug. starb Otto Christoph von Kerslingerode, der letzte seines Nah-
 mens. Und weil hiermit das Lehn, Herzog Ernst heimfiel, verkauffte er den Ort
 an die Hn. von Carlowitz, und beliehe sie damit, von welchen es an die Hn. von Neu-
 sebach, und dann an die Herrn von Förster kommen. Herr Timotheus Kirchner, der
 zu Töllstätt geböhren, und einige Zeit Prediger zu Herbsleben gewesen, aber, weil
 er dem Synergismo Victorini Strigelii nicht beypflichten wollen, da abgesetzt worden,
 nennet diesen Ort Herbesleben, und sein Lyaconien. Besagter Kirchner, ist im
 Anfang Schulmeister in Dachwig gewesen, darauff ist er Pfarr zu Grossen-Furr,
 dann zu Dachwig, Herbisleben, Amfurt, und zu Jena worden, wo er in doctorem
 promovirt, kurz darauf nach Wolffenbüttel als General-Superint. beruffen worden,
 wo er wegen seines Straff-Amts wieder verstoßen, nach drey Monathen die pro-
 fession in der Theologischen Facultät zu Jena erhalten. Einige Zeit hernach ist
 er nach Heydelberg gangen, und hat allda mit vielen Seegen sein Lehr-Amt auf

conditionibus invitabatur & desiderabatur; quod vero cum a generosa vi-
 dua missionem ægerrime se impetrare posse, prævideret, modeste recusavit.
 Anno MD LXXV a Principum religiosissimo, ERNESTO pio, sacerdos
 & præsulibus administrator, *Tondorfii* declaratus, post undecim annos (P)
Bischlebenium translatus, dein ephoriæ ecclesiarum & scholarum provincia-
 lium fuit præfectus. Cum vero tot itinerum suscipiendorum molestias, nec
 ferre, nec aeris inclementiam diu pati posset, *Fridrichrodam*, vicum non
 procul a semana sylva, vocatus, ex quo longæ industriæ fide, & tot anno-
 rum experimentis probatus, in numerum *Wächti*, *Kindi*, & *Iusti Iona*, qui
 præcipui oraculorum divinorum Eisfeldæ s. (Q) Essfeldæ, quondam
 cum viverent, interpretes fuerunt, adscisceretur. Quibus sacris functioni-
 bus, cum ex proborum voto satisfecisset, indefessum studium, curas & vi-
 giliis ad obeundas officii partes attulisset, & hoc modo egregie de sacra
 republica meruisset, vix verbis exprimi potest, quantam existimationem
 post funera, & quantum sui desiderium, penes quoscunque urbis cives, coe-
 terosque ducatus incolas reliquerit. Foedus connubii, cum emendatissi-
 mi moris virgine, *Maria Elisabetha*, *Iohannis Rhoenii*, sacerdotio, apud
Lubnicenses in vicina Isenacensi ditione, diu fungentis, filia, pepigit, quæ
 eum sex liberorum parentem & genitorem effecit: e quibus natu major,
Iohann Georg, Celsissimi Principis Sondershusani supremus iustitiæ Sena-
 tor, & cancellorum præses; *Iohann Ernst* vero Hilpershusanorum sacrorum

B

anti-

der hohen Schul verwaltet. Nach dem Tod des frommen Churfürstens wieder
 versaget, erhält die General-Superintendur zu Weimar, in welcher function er
 auch a. MD LXXXII. seliq. verschieden. Zu merken ist, daß dieser D. Kirchner,
 auf Befehl dreier Churfürsten, Pfalz, Sachsen und Brandenburg, nebst D. Sel-
 necern und Chemnitio an. MD LXXXI. die apologiam des Concordien-Buchs
 und Historien der Augspurgischen Confession verfertiget.

(P) *Bischleben*, *Bischhoffleben*, oder *Bischhoffleuben*, an der Gera, welche eine Meile
 über dem Dorff Gera, welches denen Herren von *Witzleben* auf der *Burgck*
 gehöret, entspringet, ist wegen der *Moewisburgck*, oder *Merwigsburgck*, welche *Me-
 roveus* oder *Merwig*, erbauet haben soll, bekandt. Der gelehrte Historicus
Brotuff in der *Anhaltischen Genealogie* will behaupten, daß diese Festung an.
 ccc. xxvi. schon gestanden. Anno MD. c. LX. ist diese, weilten sich da eine Räuber-
 Bande aufgehalten, auf Befehl Kayser Friedrichs des Ersten, zerstöret worden, so,
 daß also diese *Merwigsburgck* bereits über D. Jahr wüste gelegen. Die allda vor
 einigen Jahren gefundene Todten-Edpffe, oder urnas sepulcrales, findet man in
 des gelehrten Polyhistoris und Antiquarii Herrn *Olearii* zu *Arnstadt Rarität-Cammer*.

(Q) *Eisfeld*, nach der Alten Benennung, *Essfeld*, welche man in einem Kayserlichen
 diplomate, die a. MD. ccc. xxix. datirt, findet. *Ludovicus DEI gratia Roma-
 norum Rex*, spectabili Viro *Bertoldo de Henneberg*, do Tibi pro cingendis
 muris oppidanis *Hilperhausen* und *Essfeld*, ungeldum imponendi, copiam & po-
 testatem. Datum apud *Werdeam*, vid. *Zeiler* in typographia *Franconia* p. 67.
 & *Iohann Conrad Knauth*, in *Saxonia veteri & nova* p. 17.



antistes parentis honorem servarunt, amplificarunt, & superiori hujus laudi ampliorem claritudinem foenerati sunt. Cæterum, quam vitam religiose transegerat, eam quoque mors beata & exoptata occupare debebat. Primam ætatem hypochondriorum, quos vocant, dolores per vices afflixerant, quorum sævitia, auctis cum ætate laboribus, curis & ærumnis ita exasperari coepit, ut de vita, longius producenda desperaret. Quod cum sentiret religiosus mysta, non procul abesse fatale tempus, & decretoriam humanæ vitæ horam instare, se, quod christianum sacerdotem decebat, ad iter difficile, ex hac miseriarum valle, vt ad nunquam desituram beatitatem pergeret, in tempore præparavit. Hanc toties expetitam, inter pia suorum, & reliquorum circumstantium suspiria, lacrymas, & singultus, septimo Aprilis die a. cio DCLXXVI. adiit, postquam non nisi annos quinquaginta sexque menses, hac in mortalium statione exegerat.

Inspect.
111. ab a.
1671. ad
1677.

Venio ad THOMAM ab AUSSEN, qui vix triginta & tres annos natus, religiosis divinarum rerum exercitationibus, ipsique muneris sacri actui & administrationi immortalis est. Felix nascendi initium, anno cio DC XLI. Colonia Ubiorum, urbe cum civium multitudine, magnitudine, tum opulentia insigni, ab integerrimis & spectatæ virtutis parentibus, habuit. Pater fuit, *Henricus ab Aussen*, inter mercatores illius civitatis ob tot molestissimas, ad *Sarmatas, Russos, Svecos, & Danos*, susceptas peregrinationes, perquam celebris; mater *Coecilia Wilhelma*, plane antiquis, i. e. optumis moribus foemina, quæ genus e nobili & antiqua *Annendorfforum* prosapia, stirpis originem derivabat. Qui cum probe intelligerent, multum esse a teneris, ut vates inquit, adsuescere, filium summa cura educandum, præcipue autem, pueritiam ejus pietatis & literarum rudimentis formandum, *Iohannis Plazii*, docti piique apud *Mühlbeimenses* sacerdotis, fidei commiserunt, eique quasi in manus tradiderunt. Nec irrita fuit, fructuque destituta, hujus magistri institutio, sed adeo discenti opportuna & salutaris, ut anno salutis per christum restauratæ, cio DC LIX., in Academiis, ad uberiores in doctrinis, artibus & moribus cultura capessendum, dimissus fuerit. Primum venisse *Lipsiam*, dein *Erfurtum*, tandem *Ienam*, cum monumentum in pie defuncti memoriam, a relicta vidua positum, tradat, reliquorumque vitæ actuum, muneris recte procurati, & tandem properatæ mortis, mentionem faciat, non ingratum & inacceptum lectori futurum esse spero, si id, prouti sepulcrali lapidi incisum est, huic tabulæ adjiciam.

D. O. M. S.

D. O. M. S.

Nobilis Vir

THOMAS ab AVSSEN,

quem *Colonia Agrippina* anno CIO. DC. XLI. genuit,
Lipsia, Erfurtum, & Iena, philosophicis, & sacris literis excoluit,
ERNESTUS PIUS, dux Saxoniae, munere provincialis
Inspectoris

decoravit, jam totum visitationibus intentum,
præmatura mors, anno CIO. DC. LXXIII. intervenit,
cohibuit.

Quid cohibuit, imo promovit.

Nunc coelestia cognoscit, penetrat.

Ergo in coelis, ovantis juvenis mariti exuviis in terris

lugens juvenis vidua,

Sophia Elisabetha Gispachia,

& anniculus vagiens filius

monumenta hæc erexerunt

anno M. DC. LXXIV.

De qua in viduitatem redacta Aussenia, id addendum adhuc esse censeo,
quod nupserit, post prioris mariti obitum, Theologo doctori, *Adamo Tri-
bechovio Lubecensi*, primario sacrorum Gothanorum antistiti, quodque ex
hoc connubio sex liberorum mater facta fuerit. Horum major natu filius
Johannes, amplissima sacerdotia apud exteros, sua virtute & eruditione pro-
meruit. Etenim, summo apud Britannos heroi, GEORGIO, ANNÆ vi-
ctricis, & de Gallis auspicato triumphantis, *reginae*, marito, a palatinis con-
cionibus tamdiu fuit, donec is gloriosa morte decederet, ex quo tempore,
a potentissimo Borussiae Rege (R) FRIDERICO I. præpositus & rector
cœnobii, B. M. V. ad *Magdeburgum* factus, paulo post tenacissimo malo

B 2

labo-

(R) Nachdem Uns unsere **Magdeburgische** Regierung, aller unterthänigst zuver-
nehmen gegeben, was massen an unsers Consistorial - Rath's D. **Breithaupt's**
Stelle, weyland Ihrer Hoheit, des Prinzen George in Dännemarek, vormahliger
Hof-Prediger, *Johannes Tribechov*, von sämtl. Conventualen des Closters zur E. F.
in Magdeburg einmüthiglich zum Probstien erwehlet, daß wir daher bewogen wor-
den, besagten *Tribechoven* als rite, decenter und canonice erwehltten Probst zu con-
firmiren, d. 10. Maji. 1710.

Friederich, R. in Pr.

laborare coepit, quo tandem *Tenstadii*, præstantissimis medicamentis frustra adhibitis, die, mensis Martii, vigesimo primo, a. c. 10, d. c. c. xii. pie prorsus obiit. *Fridericus* frater capacissimæ, ad literas discendas, indolis, alumnus, qui eo, quo *Gothæ* studiis vacavit, tempore, commilitonibus fere omnibus palmam dubiam faciebat, in Academia ad Salam recentiori, in artium & linguarum cognitione eo usque profecerat, ut spem fecerit, quondam, si ea contingeret spatia, in quibus cujusque virtus maxime se exerit, & usui esse potest, patriæ ornamento & adjumento futurum. Sed studio & amore regiones sub alio sole calentes, visendi & perlustrandi (S) *Pensylvaniam* se contulit, eorumque cultum, mores, vivendi regulas & disciplinam, (T) qui a continuo membrorum tremore nomen traxerunt, inspexit, & curate inquisivit. Cujus in primaria urbe, quam ver sacrum a mutuo inter se amore philadelphiam nuncupavit, mercator factus, anno c. 10, d. c. c. xvi. die Novembris vigesimo, cum prius, in extremæ voluntatis (U) tabulis de rebus suis disposuisset, vitam cum morte commutavit.

IO-

(S) *Pensylvanien*, ist eine berühmte Landschaft in Nord-America, denen Engländern zuständig; ist an. 1681. da der König Carol. II. dieses Land nach seinen Gränzen eigentlich bezeichnet, dem berühmten Quäcker *Vilhelm Penn*, welcher dem Könige Car. II. in seinem unglücklichen Zustand grosse Dienste gethan, und darüber seine Güter verlohren, zur Ersetzung seines Schadens, mit Freyheit, Recht und Gerechtigkeit, und alles, was zur Aufnahme desselben Landes gereichen konnte, nach seinem Gutbefinden, eigenthümlich, und erblich überlassen, nur, daß die endliche appellation an den König sollte vorbehalten, und er verbunden seyn, zu einer Lehn-Erkänntnis jährlich zwey Biber-Felle dem Könige zu liefern, und sollte nunmehr dieses Land beständig *Pensylvanien* d. i. *Pennens* Bildnis genennet werden. Hier auf hat Penn ein Manifest ausgehen lassen, daß er 3000. Acker vor 100. Pfund Sterling verkauffte, und nicht mehr zum Erb-Pacht als einen Schilling jährlich vor 100. Acker haben wollte. Wodurch er sehr viel Leute aus Europa hinüber gezogen, dergestalt, daß er den 1. Novembr. 1682. mit 20. Schiffen allhier angelanget, und eine ansehnliche Stadt, *Philadelphia* genannt, an dem de la Ware-Strohm gebauet, welche bey 3000. Häuser hat. Die Engländer haben vielerley geistliche Versammlungen 1) Sind die von der Englischen Kirchen, so anno 1695. eine Kirche zu *Philadelphia* gebauet haben. 2) Die Wieder-Täufer. 3) Die Presbyterianer. 4) Die Quäcker, so am stärksten, und von zweyerley Arten sind. vid. *Richard Blooms* Engl. America c. 8. *Pistorii* Beschreibung der Provinz *Pensylv.* *Gabriel Thomas* continuatio der Beschreibung *Pensylvanix.* *Daniel Falckners* curieuse Beschreibung von *Pensylv.*, und endlich das allgemeine historische Lexicon part. IV. p. 150.

(T) Videatur *Croesus* in historia Quackerorum I. 3

(U) Copie aus dem Englischen. Ich *Friederich Tribeco*, gebürtig aus *Sachsen-Gotha* in Deutschland, und nun wohnhaft in *Philadelphia*, in der Landschaft *Pensylvania* in *America* Kauffmann, mache hiermit meinen letzten Willen und testament. Dessen zu Urkund habe ich dieses eigenhändig unterschrieben, und mit meinen gewöhnlichen Petschaft bekräftiget. Datum Phil. den 23. Nov im Jahr unsers H. Errn 1715.
Friedrich Tribeco.

IOHANNES ADAMVS KREBS, in locum *Auffenii* succedit, munereque
sacro, ab anno CIO. DC. LXXIV. ad a. CIO. DC. LXXVI perfungitur, ex quo Se-
renissimo Duci BERNHARDO, qui post terrarum, inter Serenissimos fra-
tres, factam divisionem, aulae sedem (X) Ichtershusæ fixerat, a confessioni-
bus esse coepit, & concionibus primariis. Nascendi auspicia habuit, *Her-
bipoli* ad Moenum, anni CIO DC XXXIII. mense Iulio, calamitosissimo sævi
Martis tempore, quo *Wallensteinii* miles, incendia & terrorem impune, qua-
cunque eum impotentia, & libido effrenis circumferebat. Paren-
tem nactus, *Iobannem* Iuris sacerdotem, Sveonum Regis Senatorem, dein
CHRISTIANI marchionis Brandenburgici intimioris admissionis consilia-
rium; matrem *Barbaram*, Generosi *Michaelis de Bergck*, tribunali iudicio *Baru-
tkino* præfecti, & liberæ civitatis *Rotenburgerfis* consiliatoris, quem Syndicum
vocamus, filiam. E re quidem esset, in retrolapsa secula ire, & hac occasio-
ne commemorare, quantum proavus maternus, *Georgius*, & abavus, *Io-
hannes* clientelarum de *Hobenberck* & *Kirchberck* dynastæ, de publica salu-
te meruerint: sed quo inter cancellos, quos constitui, maneat, eatque sermo,
potiora institutionis, officiorum functionis, connubii, & mortis denique
momenta breviter recensebo. Prima virtutum & artium tyrocinia *Barutbi*,
regia Principum Brandenburgicorum sede, sub *Martino Volckbardo*, & *Wen-
seslao Erdreichio* posuit, ex quo in surgens, sub Ernestinis auspiciis, quod Gothæ
erat Gymnasium, ablegabatur, matre vidua, post præmaturum mariti obi-
tum, liberaliter constituente, & ordinante omnia, ad spem iuyandam, ad

Insp. IV. ab
a. 1674. ad
1676.

B 3

quam

(X) Ichtershausen vor dem ein Dorff, hat an. 1676. Stadt-Berechtigung bekommen.
Der Ort ist sehr alt, und wird in einem diplomate das an. 984. datirt, und dessen *Sa-
gittarius* in antiquitatibus Magdeburg. p. 28. gedencet, *Huochstricheshus*, auch *Ich-
terichshusen* genennet. *Marqvardus de Grunbach*, & mater eius, religiosa foemina
Fridruna dicta, zelo divinæ caritatis inducti, ad laudem & gloriam DEI omni-
potentis, & B. V. Mariæ, sanctique Gregorii M., monasterium, in loco posses-
sionis suæ, in *Ichterichshusen*, pro redemptione animarum suarum construxerunt.
Der gelehrte Consistorialis zu Arnstadt, Herr *Johann Christoph Olearius* meldet in
seinem Syntagmate rerum Thuring. p. 191. & 193., wie auch in historia Arnstadiensi
p. 38. daß Ichtershausen bald nach des seel. Hrn. Lutheri reformation, wäre Evange-
lisch-Lutherisch worden, viel ehe als Arnstadt. Dahero diejenigen, welche in Arn-
stadt keine reine Evangelische Predigt haben hören dörfen, noch können, nach *Ich-
tershausen* gangen, und deswegen auch von dem Churfürst zu Sachsen geschützet
worden, wider den eyffrig papistischen, damahligen Grafen von Schwarzburg. Nach
Herzog *Ernsten* des gottseligen Tod, erwehlte Herzog *Bernhard* Ichtershausen
zu seiner Residenz, legte an. 1676. ein neues Schloß an. Ehe aber das Mauerwerk
vollführet, und zwischen Ihro Durchl. Herzog *Friedrichen*, und denen übrigen Durchl.
Herren Gebrüdern ein ander Theilungs-recess gemacht worden, vermöge dessen er die
Stadt *Meyningen*, mit denen darzu geschlagenen Aemtern, bekommen, ist dieses an-
gefangene Schloß stehen geblieben, bis jekige regierende Hochfürstl. Durchl. 1710. sol-
ches aufzubauen, Anstalt gemacht haben.

quam natum filium credebat. Inprimis autem, egregie meriti de athenæo Rectoris *Keyberi*, fidei tradebatur, cujus & mensa, & domicilio, sic præceptis ac monitis potissimum utebatur; tam fortunato rerum eventu, ut vix septendecim annos natus, dignus haberetur a scholæ curatoribus & magistris, qui in insigniori famæ theatro ad fastigium artis contenderet. Abiit igitur *Lipsiam*, mercatorum non minus, quam literatorum celebre emporium, ubi Academiæ civis factus, in philosophiæ disciplinis, sub *Scherzero*, *Kromayero*, *Mullero*, & *Schiltero* strenue desudavit: dein *Ienam*, non sine divini Numinis nutu & providentia, eo tempore, quo æternæ memoriæ principes Theologi, *Iobann Museus*, *Christianus Chemnitius*, *Iobann Ernst Gerbardus*, & *Sebastianus Niemannus*, literarum & pietatis officinam condecorabant & illustrabant, contendit. Ejusmodi ad sanctiora studia ducibus, in salutari doctrina, talem rerum diviniorem scientiam sibi comparavit, ut suaderent non modo hi, sed etiam cohortarentur ad præclaras res gerendas recte formatum, qui summos honores in sanctiori ordine peteret, & virtute meritos capesseret. Eum in finem eruditam de voce *יהו* exaraverat dissertationem, quam, sine dubio, sacro pro docentium pulpito, defendisset, nisi id sacrorum palatinorum antistes, *Brunchorstius*, dissvasisset; cujus pie dato jussui & consilio refragari noluit. Commendatus autem, a suo, quem colebat, *Mecænate*, indulgentissimo Principum ERNESTO, quo id impetravit clienti beneficium, ut mysteriorum divinorum dispensator primum *Ernsterodæ* fieret: postquam pro recte & vere dictis & factis (Y) pessimam gratiam, improborum odia, & obtreccionem expertus esset, easque in novem annos animose pertulisset, (Z) *Frimariam* fuit vocatus; ex quo Inspectoris provincialis officio brevi tempore perfunctus, post beatam *Seileri* mortem in *Ichtershusana* præfectura, præsulis dignitatem adeptus est. Tandem vero ad suprema ecclesiæ ministeria, auctoritate Serenissimi Ducis BERNHARDI promotus, Senatoris ecclesiastici & aulæ concionato-

ris

- (Y) Ich *Johann Adam Krebs*, bin 1660. als Pfarrer nach *Ernsterode* gezogen, und confirmirt worden. Habe daselbst Gott/ und seiner Kirchen in die neun Jahr gedienet, und mich in meiner Treue, und Sorgfalt durch keine Widerwärtigkeit, und Verläumdung, deren mir daselbst unzehlich viel begegnet, irre machen lassen. Et in curriculo vitæ p. 28. & p. 32. Es ist zwar unläugbar, daß er wenig Dank sowohl in *Ernsterode*, da ihm viel verdrüßliche Widerwärtigkeiten begegnet, um dero Willen er auch nach *Frimar* translocirt worden, als auch anderswo gehabt.
- (Z) *Frimar* so viel als *Freymarekt*, oder ein *Marekt* der *Freyen*, welches berühmt gemacht. (1) *Iohannes de Frimaria*, a. circ. ccc. xlvi. der *Fridericum* Gravem Landgrafen in *Thüringen* in der Schlacht bey *Scharffenstein*, beym Leben erhalten. (2) *Henricus de Frimaria* lector *Erfurtensis*. (3) *Henricus de Frimaria*, *Theologiæ* magister, dessen *Tribemius* abbas *Spanheimensis* in libro de scriptoribus ecclesiasticis p. 317. *Conradus Gesnerus* in bibliotheca p. 312. *Sixtus Senensis* in bibliotheca

ris nomen titulumque promeruit. Non excurram in viri laudes hoc loco, nec commemorabo, quo studio, animi contentione & cura, imperata munia obierit, cum hæc servanda operi majori, solertia etiam curatori, quam fieri potest a festinante, exponenda. Ad matrimonium accedo, quod cum *Anna Maria*, Liborii Thilonis, præclare meriti de ecclesia, quæ Gothæ Servatori Christo colligitur, senioris diaconi filia, iniit, ex qua decies pater, sex pueros, quatuorque puellas vidit, qui omnes, præter *Sabinam Mariam*, quæ inter fascias in cunis obiit, parentem domui interceptum, inter triste murmur, inprimis, quo solemnia funebria peragebantur, luxerunt, & lacrymis largissime fufis profecuti sunt. Denique, quod ad morbos, hosque secutam mortem attinet, ex curriculo honoris legimus, quod ultra lustrum sinistro oculo laboraverit, qui tandem tumorem contraxit, per vices subinde ita excrescentem, ut nullo medicamine & remedio exquisitissimorum etiam in arte medendi naturæ ministrorum, tolli potuerit; quo contumaci tandem malo, inprimis, quod lenta febris accederet, die Novembris IV. a cio dc, LXXXIII., cum prius desideratissimæ conjugii, novemque liberis im-
puberibus, ultimum vale dixisset, plenus fidei, & in Christum mundi Servatorem fiducia, decessit, hac in mortalitate, quinquaginta & quinque annis auctus. Cujus obitu, quanto columine, destina, provifore, apud DEUM intercessore, & religioso precatore, privataque fuerit purioris doctrinæ ecclesia, quantum jacturæ inde contigerit patriæ, confitebuntur, qui virtutes beate defuncti justo habuerunt pretio. Fuit enim in hoc, præter sanctissimum pietatis studium, ingenium etiam, ut prudens & sagax, ita etiam rectum inprimis, & ab omnibus malis artibus alienissimum, ut vere de eo prædicari possit, quod inter epicedia scriptum legitur. *Gloria Theisophies, decus immortale suorum, Exempli recti vir pius, atque gravis, Militiæ sacræ dux im-*
pi-

sancta. p. 244. *Cyriacus Spangenbergius* in Chr. Hennebergiaco. I. III. c. 6. p. 135. *Antonius Possévinus* in appar. sacro Tom. I. p. 713. *Marcus Paulus Iovius* Rector der Schul zu Ebeleben, in Chron. Schwartzb. I. v. p. 495. Dieser meldet, es wäre Herr *Heinrich von Friemar*, ein Thüringischer Edelmann, der H. Schrift Meister, und Augustiner Mönch, Bertholds des ersten gefürsteten Grafens von Henneberg, Beicht-Vater gewesen. Obgedachter Iovius führet noch zwey Gelehrte von Adel, *Heeren Vollrath von Zewersleben*, oder *Zerbesleben*, und *Herrn Zagen von Holzhausen* an, welche drey in einem Kloster-Brieff ecclesiarum Rectores genenet worden. (4) Der vierdte ist *Marcus Wagner*, der mit *Flacio* durch unterschiedliche Königreiche gereiset, vieles zu der Sammlung derer Cent. Magd. beygetragen. (5) *Johannes Stigelitz* a. cio. D. xx. allhie geböhren ist. P. Oratoriæ und Poeseos zu Iena worden, und hat in dieser, die Auditores so weit gebracht, daß sie das dicirte carminice nachschreiben können. (6) *Johann Chiomusus S. Schneefing* a. cio. D. xxii. Prediger allda, hat das schöne Lied gemacht. *Allein zu dir Herr Jesu Christ, mein Hoffnung steht auf Erden.*

piger, atque laborum, Exemplar vivum, dogmatis ipse sui. Post beata hu-
(5) vaca- jus fata, neminem quidem per octo & decem annos, inter annales offen-
tio mune- dimus, cui sacra hæc provincia demandata fuerit a summis imperii recto-
ris, per o- ribus, nequaquam tamen existimandum est, obsolevisse, planeque desisse,
& decem hoc in ducatu Saxo-Gothano, ecclesiarum & scholarum lustrationem, sed
annos. tantum ad annum CIO DC XCIV. dilatam, & interruptam fuisse, ex
quo Serenissimus pater patriæ FRIDERICUS II, religiosissimus avitarum &
paternarum legum custos, vindex & adsertor, III. Non. Decembr. illius an-
ni, imperii fasces prehendit. Tunc enim data a piis majoribus, contra li-
bidines, dierum sacrorum profanationes, pejerationes, commestationes,
mandata rata habuit, informationum ecclesiasticarum & schola-
sticarum vices statuit, parochias veteres confirmavit, nec non viros
longo rerum usu probatos, aliunde etiam accersivit, qui ad regulam & nor-
mam, a divo ERNESTO providenter præscriptam, in sacerdotum, scholæ-
que magistrorum, doctrinam, mores, & studia, diligenter inquirerent.

Insp. V. ab Hunc in finem lena vocatus fuit, IOH. ERNST GERHARD. Patrem sor-
a. 1694. ad titus est principis Theologorum, *Iohannis* filium, *Iohannem Ernestum* docto-
1697. rem sui ordinis celebratissimum; matrem *Catharinam*, ex ampla & antiqua
Platnerorum familia, *Vinaria* natam. Post præmaturum parentis ex hac
vita discessum, mater æque ac patruus, *Iohannes Andreas*, aulæ *Anbaldinæ*
Senator, & rerum tutelarium moderator, nil negligenter fecerunt, ut puer
a domesticis præceptoribus, ad morum & studiorum cultum erudiretur.
Inde expleto adolescentiæ decimo quinto anno, *Gothani*, postque tres annos *Ge-
rani* athenæi, magistris, egregiis, ea tempestate docendæ scholasticæ juven-
tutis, sanctisque moribus & rectis studiis conformandæ, artificibus, com-
mendatus fuit, bono adeo rerum eventu & successu, ut a. CIO DC LXXIX, ido-
neum Academiæ patriæ civem dare potuerit. Ne præpostere autem sacro-
sanctarum literarum adyta irrueret, prius artes philosophicas cum IENÆ,
sub *Velthemio* & *Schubarto*, tum ALDORFI NORICORVM, sub *Feuerlino*,
Sturmio, *Roetenbeccio*, & aliis excoluit, & in iis progressus exoptatos fe-
cit, ita ut a. CIO DC LXXXIII. in candidatorum numerum receptus, paulo post,
pileo, annulo, osculo, cæterisque insignibus a designatore acceptis, sole-
mniter philosophiæ doctor proclamari meruerit. Et cum prudenter per-
penderet, quandam utilitatem adferat, quamque præclare rem doctrinæ
juvet, disputandi ratio, cum de propositis argumentis in utramque partem
differitur, id exercitii genus commendatissimum semper sibi habuit; cuius
causa etiam optumorum argumentorum dissertationes elaboravit, easque
non sine proborum plausu pro rostro defendit. Recte hoc modo artium
liberalium & philosophicarum præceptionibus institutus, totus, animum ad
divi-

diviniorum rerum disciplinam convertit, formatoribus *Becbmanno & Bajer* usus, quorum ductu & auspiciis ad penitiorum illius cognitionem se adspirasse, prædicare in vita nunquam desit, pudoris ingenui ratus, fateri, per quos tam feliciter in sanctiori hoc doctrinarum genere profecisset. Quo peritiam autem, quam in scholis ex vivis, alibi ex mortuis mutisque magistris hauserat, peregrinando locupletaret, & simul doctoribus, per alias regiones innotesceret, iter literarium per præcipuas *Saxonia, Marchia, Pomerania & Holsatia* urbes & Academias, instituit, non inerti & otiosa discursatione, sed rerum, quæ fructu quodam se commendabant, ut observator peritus, ita & industrius annotator. Ex peregrinationibus redux, Roscius hic in theatrum, ut artis periculum faceret, & publice daret suæ dexteritatis experimenta, producebatur, quæ cum *Gothæ* egregia præstitisset, & hac ratione habilitatem luculenter ostendisset, ab (aa) ERNESTO LUDOVICO Principe Darmstadiño *Giesam*, ad suscipiendum inter Theologos docendi munus poscebatur. Nec hac in provincia segniorem fuisse, nec negligentiorum in imperatis muniis rite obeundis, fidem mihi facit contemptor vanitatis, pie literatorum civium amator, antiquique moris & sanctioris disciplinæ adsertor animus, quo nil prius, nec antiquius unquam habuit in votis, quam ut innocentior vivendi ratio, vitiositate seculi inclinata, & tantum non labefactata a casu rursus vindicaretur. Quapropter literato ordini frequenter prælegebat, & inculcabat illud, quod quondam apud *Buchnerum*, magnum illum humanitatis instauratorem, consignatum legerat. *Academiam neutiquam esse otii porticum, non lascivie campum, sed palestram optumarum artium, & mercatum virtutum, in quo nihil agere opprobrium sit, agere aliud, certum damnum, turpe autem agere, maximum detrimentum.* Quamvis quidem, pro sancto hoc recte faciendi studio, parum gratiæ reportaverit, quin potius malevolorum insectationibus, odiis, innumerisque aliis, in hac vita adversitatibus, expositus fuerit; nihilominus tamen obfirmatum, ad perferendas, pro tuendis legibus, omnis generis acerbitates, animum constantissime tenuit, neglectoque pravorum hominum suasu & impetu, ad finem vitæ ea facere perrexit, quæ perverso illorum sensui, votis & destinationibus contraria videbantur. Obiit autem die, *Martii* mensis XVIII, a. MDCCVII. sub mediam noctem, plenus fidei & spei in Servatorem mundi, tot laboribus, calamitatibus, casibusque, quibus obno-

C

xius

(aa) Wir haben nochmahls Ew. Liebden Freund, Betterlich ersuchen wollen, Licentiat Gerharden, deroselben Kirchen, Inspectoren, den wir zu der dritten profession der Theologischen facultät, bey unserer allhiefigen Vniversität vociret haben, andeuten zu lassen, daß er die von uns zugeschickte Vocation annehmen möge. an. 1697. d. 8. November.

Ernst Ludwig L. in Hessen.

xius fuit hactenus, exoptatissimum finem, & ultimam horam imponens. Restat, ut adhuc paucis mentionem faciam matrimonii, & librorum, quos emisit in publicum. Illud sanxit cum *Catharina*, quam *Augustinus Vageti-
tius* mathematicum doctor & professor, viduam reliquerat, cum qua mutua concordia vixit, duosque filios, qui vero præcocibus fatibus rursus cesserunt, ex ea genuit. Scripsit *Syllogen decadum Theologicarum: de jure tertii in causa regaliæ: de unctiõne Christi Spirituali: & historiam chiliafmi.*

Post hunc, ad ecclesiastici muneris hujus functiones vocabatur, (bb) **GEORG DIETERICUS GOTTER**, apud *Mezelenses* in *Hennebergia* mysteriorum divinorum dispensator; sed cum missionem a Serenissimo Saxo-
num Duce **BERNHARDO** ægerrime impetrari posse prævideret, hac in statione permansit, donec *Frauenbreitungensibus* melioris salutis custos, & præsulum adjutor fuit constitutus: quo in munere, anno **cio dcc vi.** die secundo mensis **Maji**, quinquagenario major, dubiam hanc & mortalem vitam, cum beata & sempiterna feliciter permutavit,

Insp. VI
ab a. 1697.
ad 1700.

In locum, quem *Gerhardus* discessu, vacuum fecerat, sublectus est, **VOLCKMAR KIRCHNER**. Nomen non sine omine. Quamvis enim beatus, non ex ordine templariorum provincialium (cc) quos teste *Stellar-
tio*, Papa *Gregorius*, hunc in finem constituit, ut templa lustrarent, cere-
monias ordinarent, in sacerdotum vitam & mores inquirerent, & Pontifi-
cum constitutiones firmarent, multo utiliore tamen, supremoque **NUMI-
NI** acceptiorem operam præstitit, quam superstitiosæ religionis addicti im-
postores monachi, per tot annorum decursum promittere & dare potuerunt. Natus autem noster (dd) *Tambaci* sub *Semanæ* sylvæ radicibus, a. post na-
tum mundi **Servatorem cio dc xlvi.** die **Decembris nono.** Parentes ha-
buit, non quidem majorum laude dignitatibus conspicuos, honestissimi ta-
men nominis & spectatæ probitatis, qui in filio recte educando graviter
suo

(bb) Weilen **Georg Dietrich Gotter**, Pfarr zu *Mezels*, bey der ihm anvertrau-
ten Gemeindte (welche mit seiner guten Lehr- Art, auch Christl. Leben und Wandel for-
derlich vergnüget ist, und daher desselben Abgang ungerne sehen würde) Gott und
dessen Kirchen bis dato fruchtbarlich gedienet, auch wegen der obhabenden Inspection
über den hiesigen, ihm vor andern wohlbekandten Pfarr- Fiscum, nicht wohl gemis-
set werden kan, und wir über dieses gemeynet sind, diese seine gute zuleistende Dien-
ste künfftighin dergestalt mit fernerer avancirung zu bedencken, daß ihm auch am zeit-
lichen emolumento nichts entstehen werde. Also verhoffen wir Ew. Liebde. werden es
nicht ungleich deuten, daß wir deroelben dero mahlts zu willfahren, ausser dem Stand
sind. d. 10. Decembris 1698.

Bernhard H. J. S.

(cc) Templarii a *Stellartio* in fundamentis & regulis provincialium, dicuntur templo-
rum lustratores & visitatores p. 68.

(dd) *Tambach* dici, privilegium *Heinrici* super sylvam *Tambach*, quam *Muhlhaus-
sen*, conventui vallis *S. Georgii* **cio. cc. xlii.** donavit, testatur. Nos *Heinri-*

suo officio defuncti sunt. Nam cum in DEI civitatem adscriptum solemnibus precibus æternitati consecrassent, & subinde pueritiam, veræ pietatis rudimentis imbuissent, suasu *Fiedleri*, sacrorum *Tambacensium* moderatoris, *Reybero*, de literata re egregie merito, in manus tradebatur. In qua sapientiæ officina septennium subsistit, & licet linguas, quas cardinales dicimus, & humanitatis artes, quibus juvenilis ætas impertiri solet, brevi addidisset, & ea propter dignus habitus fuisset a scholæ magistris, ut ad superiora literarum prytanea se conferret, nequaquam tamen ea, sui & studiorum fiducia, elatus, præpostera festinatione adiit, sed plenæ maturitatis tempus expectare maluit. Extrusus igitur quasi, multa causatus, & refragatus, quod de *Georgio Hesso* maxime laudat beatus *Vockerodt* in sermone panegyrico, quem in memoriam ejus habuit, in vetus illud Musarum, quod lenæ patet, hospitium, post annum vigesimum & tertium demum pervenit. Hic non difficile, nec molestum fuit recens adventanti Academiæ civi, jamdum variarum rerum scientia imbuto, ratiocinandi artem solidius excolere, in naturalis doctrinæ mysteria penetrare, gentium historiæ majora incrementa addere, nihilque eorum sancitorum tenere, quæ ad morum cultum attinent. Post hæc, totum se ad Theologiæ, ad quam naturali propensione ferebatur, sacra contulit, nec diu in vestibulo, quod (ee) Hebræi dicunt, stetit, sed ipsa penetralia, ducibus ad hæc & auspiciis, *Niemanno*, *Gerhardo* & *Rechmanno*, introivit. Nunquam, ut recte caperet dicta, ab horum ore discessit, sive dogmatologiam, hæresiologiam, sive moralem sapientiam, sive aliud doctrinarum genus, inculcarent literato coetui, qua discendi cupiditate, & emendatioris vitæ cultu, ita se probaverat academiæ doctoribus, in primis *Fridemanno Bechmanno*, ut abeuntem ex Salana. Per-

C 2

mario,

cus D. G. Landgravius Thuringiæ, comes palatinus Saxonie, & sacri imperii per Germaniam procurator, præsentis scripti tenore, constare volumus universis tam præsentibus, quam futuris, hanc literam inspecturis, quod *Mechtildis* coniux *Theodorici Camerarii de Muhlhausen*, *Tambuch* Sylvam cum ipso fundo pro quinquaginta quinque marcis venerabili abbati *Bartoldo*, & conventui vallis *Sancti Georgii*, ad quietam possessionem condonavit. Acta sunt hæc, anno gratiæ M. cc. quadragesimo secundo, in nostro castro *VVarberg*. Merckwürdig daß, als Herr D. Luther von **Schmalkalden**, da er etliche Tage an den Stein gefährlich franck darnieder gelegen, nach **Tambach** kommen, eine sonderbare Erleichterung gemercket, und deswegen diesen Ort *Phanuel* oder פניאל genennet, sich der Worte ראתי אלוהים פנים אל פנים ותנצל נפשי; bedienend, die *Jacob Gen. xxxii. v. 30.* brauchet.

(ee) *Pirke aboth, c. iv. Ioma, fol. 25. Sandedrin. fol. 18.*

mario, meliori, quod dicitur, nota commendaret, a quo benigne exceptus, natu minori filio, literarum & morum meditamentis erudiendo, magister constitutus fuit. Ex privatis hisce curriculis, in quibus haud vulgaria industriae & dexteritatis documenta ediderat, in patentius theatrum, & diviniorem rempublicam producebatur, in qua prima stipendia apud (ff) *Wiglebienses*, majora apud *Bufflebienses* meruit, donec temporis successu, Ephoria provinciali vix per biennium administrata, in Ichtershusana praefectura, ad supremum sacerdotium proveheretur. Huic ad annum c10 dcc xxi multa cum laude praefuit, quo septuagenario major eodem pentecostes die, quo ante tres & viginti annos, sub muneris sancti auspiciis, sermonem habuisset ad populum, sensim & sine sensu, placidissimo mortis genere, quod Hebraeorum magistri (gg) נשיקה nuncupant, satur annorum & laborum obdormiret. Non praetereundum, sub sermonis finem, matrimonium, cum id praeter aliis in fortunae bonis soleat recenseri. Obtigit huic uxor, suos ad mores nata, *Anna Iustina*, *Heinrici Wenckii* civitatis Gothanae scribae primarii, & senatoris filia, e qua, non infelicis uteri conjugis, novem liberos suscepit, quorum quatuor parentis fata praecipuarunt, reliqui autem in vita superstites, parentis optumi in se merita, & juvandi studium extollere, & dignis encomiis concelebrare, non sine causa pietatis suae esse existimarunt.

Capitibus canis, longoque senio inclutis reverentiam deberi, ipsamque senectutem dignam cultu & honore visam esse, nemo prudentior unquam negavit. Etenim ornamenta, juxta & salutis publicae firmamenta & robora sunt, quorum humeris gerendarum rerum moles tuto innititur. Quod cum intellexerunt (hh) Hebraeorum, Graecorum, & Romanorum gentes, illam rempublicam divinam vocarunt, omnique ex parte beatam, cui tuendae regendaeque, incana, quod ajunt poetae, menta, praefuerunt; non male colligentes ex luctuoso ipsorum obitu, hoc inter poenas, queis

(ff) *Wiegleben und Buffleben* werden *Nesser/Dörffer* in denen *Chroniken* genennet, weil sie an der *Nessa* liegen. Dieser Fluß entspringet mitten in *Thüringen*, bey dem Dorff *Gutstett*, zwischen *Gotha* und *Erfurt*, nimmt unter *Goldbach* die *Leine*, bey *Eisenach* die *Hörsel* zu sich, und fällt unter *Gerstungen* in die *Werr*. *Molschleben*, *Tentleben*, *Siebeleben*, *Gamstett*, *Groß-Respach*, heißen *Berge/Dörffer*, weil sie in der Höhe liegen.

(gg) נשיקה רמיא כמשחל בניתא מחלבה : *Neschikah est, velut extractio pili ex lacte, i. e. placidissima. Moed katon, fol. 58. In Debarim Rabba sive Rabboth fol. 68. & apud Maimonidem in More Nevochim part. II. c. 51. de Mose dicitur, באותה שעה נשקו הק'בה ונטל נשמתו בנשיקת פה: Ea ipsa hora osculatus eum Deus & accepit animam ejus per deosculatorem oris.*

(hh) אם תראה שהזקנים ספו תמו מין העיר רעה באה לעיר
Si videris senes in civitate consumi, & interire, presagium est, malum eventurum civitati.

scelerum vindex & ultor DEUS, seculi impietatem punire instituit, referendum esse, quando grandes natu, qui rerum usu adhuc valent, urbi orbique subducuntur, & ea ætate e stationibus avocantur, qua maxime ea debebant & poterant ornare, & juvare. Nam cum tamdiu publicorum munerum procurationibus interfuerunt, quotusquisque non videt, ipsos, quemadmodum hactenus, imposterum quoque multum adhuc, ex singulari publicæ rei usu, consulere potuisse. Testem rei dare possumus omni fide majorem (ii) IACOBUM BRAUNIUM, *Salzunga-Hennebergicum*. Hic quamvis solus inter omnes, quorum hac tabula mentionem feci, ultra terminum Davidicum ætate processisset, vigiliis curis & continuis laboribus, plurimam corporis vim fregisset, nihilominus tamen, τὸ φρονεῖν ἀσφαλεστέρον circumspeditionem & prudentiam, quæ una cum annis consenuerat, & in hos provecta erat, integram retinuit, eo usque exaggeratam & firmatam, ut publicæ incolumitati sua provisione & consultatione multum adhuc fuisset inserviturus. Ast quemadmodum nullus hominum ordo, nullus sexus, nulla ætas, a dura lege & moriendi necessitate exempta est; ita senex hic venerabilis non potuit ab hac imperiosa domina tutus esse & liberatus. Ibat post natum mundi Servatorem, annus CIO DC LV, jamque Januarii dies quintus, qui divo *Simeoni* in fastis sacer, tabebatur, quo, non quidem a magnæ existimationis & famæ, honesti tamen nominis & opificii parentibus, nascendi primordium habuit. In ludo patrio, cum pietatis & artium tyrocinia posuisset, in celebri, quod ad (kk) *Linam* situm, athenæo, ad capeffenda sanctioris disciplinæ præcepta, & ad invadendas studiorum radices amaras, præparatus rite fuisset, in Academia ad *Salam* antiqua, nullam mole-

Insp. VII.
ab a. 1699.
ad 1700.

C 3

stiam,

ti. *Vajikra rabba* sect. 4. fol. 18. אין העולם מתקים אלא בשכול הזקנים. כל מדינה שאין כלי יקר. *Mundus non conservatur, nisi propter senes.* In præf. כל מדינה שאין כלי יקר. בה זקן ראוייה היא ליחרב. *omnis civitas, in qua nullus existit senex devastabitur.* חכמים רברי זקנים מרברי נביאים. *præstantiora verba senum, quam verba prophetarum.* Talm. Hierf. *berochat. c. i.*

(ii) Wird Herr **Jacob Braun**, von Ihro Durchl. Herrn **Herzog Bernharden** auf sein unterthänigstes Ansuchen seines Pfarr-Amtes entlassen, und wird Land-Inspector. Wenn wir von Ehr. **Jacob Braunen** bisheriger Pfarrer zu **Schweina** so viel vernehmen, daß er Ew. Lieb. angetragene function nicht ausschlagen, sondern sich derselben, falls es mit unserer gnädigsten permission geschehen, zu unterziehen entschlossen sey, so haben wir gestalteten Sachen nach, und zu Erlangung Ew. Lieb. intention ihm diesen Wechsel nicht mißgönnen, noch hinterlich seyn wollen. 1699. d. 3. Martii. **Bernhard H. f. S.**

(kk) Wird von *Toppio* die **drockene Leine** genennet, scheidet das Amt **Georgen-thal** und **Reinhardtsbrunn**; kömmt aus dem Berg bey **Schönau**, und fällt bey **Goldbach** in die **Nesse**. Man heisset diesen Bach auch die **Leite** und ist unter der Regierung Landgraf **Balthasers** a. 1359. in die Stadt **Gotha** geleitet worden.

stiam, pro veræ sapientiæ cultu & processu suscipiendam, recusasset, ad præmia honorum capienda, sacerdotia, ephorias, & demum ad ipsam muneris sacri præfecturam (11) Waltershusæ regendam, producebatur. In hisce rectoris vitæ actibus, innumera virtutum documenta conspiciunt, literarum studiosi, munerum publicorum candidati, ipsique rerum sacrarum administratores, quæ in exemplum trahere, sequi, æmulari & imitari possunt. Cum nihil profectibus in artium cultu capiendis, magis noxium sit, quam inconstantia in opere tractando, ardelionatus, mollities ingenii & studiorum ostentatio & persuasio: caveant sibi necesse est ab hisce vitiositatibus, quicumque in literarum tractatione feliciter progredi volunt. Qui ad functiones sacras aspirare in animum induxerunt, discant ab hoc magistro, ne inconsulto mentis impetu, sacra ad rostra grassentur, multo minus ad sacerdotia & suprema ecclesiarum ministeria, quin potius recogitent subinde, qua patientia & moderatione, beatus *Braunius* legitimum tempus, quod salutis humanæ autor, stator & amplificator DEUS, ab æterno præviderat, & ei destinaverat, expectavit. Denique & illi, qui sanctum & sublime munus jamdum sustinent, hac in parte, pii doctoris vestigia signata legant, ut eodem modo, quo hic, eadem sanctitate, morumque innocentia, auditoribus præluceant, quo in exempla horum intuendi, prava vitandi, & rectius agendi, calcar & occasionem sumere possint. Profecto parum fructus & commodi redundaret in auscultantes, si divinæ veritatis præco, ipso *Salomone*, septemque Græciæ sapientibus esset sagacior, sermonesque sacros fundere posset elaboratiores, quam facundissimus suo tempore quondam orator *Demosthenes*; nisi virtutum maxime necessariæ, veræ in DEUM pietatis studio, & precationibus, recte de suggesto dictis pondus, robor, efficacitatem, *δευότητα, καὶ τὸ ὕψος* adderet. Hactenus viventis, videntisque virtutes, easque non omnes, sed tantum perspectiores consideravimus. Restant suprema, & inter hæc imprimis, beata, tranquilla & exoptatissima mors, qua non aliter ac lumen, cujus cera, arvina, aut aliud pingue durum quid depastum est, & quo alatur, amplius ignis non habet, defecit, & sine sensatione esse desit. Quemadmodum autem longitudo dierum,

& fa-

(11) *Waltershausen* eine Stadt an der *Hörsel*, soll so viel heißen, als *Baldes richshausen*, weil einige behaupten wollen, es habe solche *Balderich* des letzten Königes in *Thüringen*, *Hermannfrieds* Bruder anno D. xviii. erbauet, auch einige Zeit da Hof gehalten. Das oberhalb der Stadt liegende Schloß, das von *Tannen* den Rahmen bekommen, wird *Tanneberg* genennet, und ist an. c. xv. zur Zeit *Kaysers* *Conr. ii.* von *Ludovico* *Barbato* aufgeführt worden. Auf der Höhe des *Insulbergs* besser *Emsenberges*, von dem Bach die *Ems*, die um diesen Grund entspringet, hat *Ernestus Pius* a. c. lxx. ein Haus bauen lassen, welches der gelehrte Herr von *Sekendorff* mit einer poetischen Gedächtniß Schrift beehret.

& facilis fragili ex hac vita discessus illis inprimis, (mm) qui præ aliis vitæ sanctitati studuerunt, promissa fuit a vitæ necisque arbitro DEO: ita non dubium est, summa hæc bona quoque, mercedis loco ex singulari divini NUMINIS gratia contigisse bene merito de DEI civitate antistiti. Maeste hisce ultimis vitæ tuæ opportunitatibus, luctator quondam cum viveres & præliator, nunc de tot victis hostibus, in altero ævo, triumphator, & beatissimæ inter innocentissimos manes æternitatis, quam post beatam mortem a. c. d. c. xii, ex voto occupavisti possessor *Brauni*. Hac, eo, ex voto translatus es, ubi lætus lætitiis, quas nulla unquam mortalitas capit, ævum nunc agitas, nullo fine terminandum.

Nemo omnium, quos hæc tabula commemorat, sacro huic muneri ^{Insp. IIX.} diutius vacavit, quam (nn) IOHANN CHRISTIAN PFAFF. Contigerat ab 1700. huic, naturæ conditore DEO, corpus nervosum, adstrictiori vitæ genere, cui ^{ad 1728.} a primis pueritiæ annis, sub parentibus antiqui moris custodibus, adsuefactus erat, ita induratum, ut moli etiam perquam arduæ suscipiendæ, & sustinendæ, par esse posset. Animus agilis, solers præterea, ad consilia e vestigio desiderantibus danda. perspicax, tranquillus, æquabilis, præsentibus sua virtute contentus. In familiari conversatione alienus erat, a *Crassis & Euclionibus*, qui supercilio & morosiori vitæ genere, reverentiam sibi conciliari posse existimant, sed comitati & innoxie hilaritati aliquid dandum esse opinabatur. Enarrare poterat perquam opportune variorum temporum historias, apophtegmata, ænigmata, & acroamata, quorum justo tempore, loco & ordine prolatorum commemoratione, piis doctisque, regia hac in urbe viris, ita placuit, ut eum amarent, magni haberent, & ingenii acumen admirarentur. Ad hæc etiam in literarum studiis, quæ veræ sapientiæ instrumenta, eam sibi comparaverat scientiam, ut illorum ope & adjumento imperata ministeria confidenter adire, tueri, exornare, & ex voto

(mm) Die Talmudisten führen etliche merkwürdige exempel an derer, denen GOTT wegen ihrer unheuchlerischen Gottseligkeit ein ausserordentlich hohes Alter erreichen lassen. *Iehoschia ben Perachia*, der erdichtete Lehrmeister des Herrn Christi soll über 200. Jahr alt worden seyn, welches aus der Lebens-Beschreibung in *Iuchachsin* p. 16. erhellet. Das *Maase-Buch* bezeuget histor. II. von *Choni hammaagal*, daß solcher 400. Jahr gelebet. Und dem alten *Simeoni*, mit dem Zunahmen *פריזן* leget man gemeiniglich 350. Jahr zu, weiln er noch zu der Zeit Christi als Hoher-Priester gelebet haben soll. Dahero etliche der Unserigen meinen, es sey dieser der *Simcon* gewesen, bey dem Luc. 2. v. 25., der den Heyland auf die Arme genommen.

(nn) An Ehr. **Johann Christian Pfaffen**. Weilen die Nothwendigkeit erfordert, daß das Amt eines Kirchen-Inspectoris, als welches ohne dem einige Zeit vacans gewesen, ohne fernern Zustand verwaltet werde. Als begehren wir im Rahmen des Durchl. Fürsten und Herrn, Herrn **Friedrichen**, H. 3. S. 16. daß Ihr solche Ver- richtung nunmehr antreten möget d. 20. Jan. 1700,



to administrare potuerit. Tyrocinia horum posuit (oo) *Fridrichswerda* sub *Echardo* religioso illius loci sacerdote, proxima necessitudine sibi conjuncto, cujus suasu, hortatuque, in celebre, quod Gothæ, florebat, athenæum missus fuit. Exacto sexennio, deliberata prius re cum his, a qua totam studiorum rationem pendere noverat, ad Academiam iter maturavit, & cum ibi in sanctioribus literarum studiis, queis reipublicæ quondam usui esse posset, & ornamento, non contemnenda spatia fecisset, propter angustam domi rem rursus patriam repetere coactus est, in qua vero non diu commorari potuit sine virtutum præmio & insignibus. In suburbano enim regię urbis prædio *Goldbaci*, Cantoris muneri præfectus, puerilem ætatem simul latino sermone instituit. Quod cum eadem dexteritatis & assiduitatis laude, qua quondam solertissimus suo tempore pubis scholasticæ formator *Ecstedius*, quem patrius vicus aliquandiu habuit, fovit & aluit, dein *Frisiæ* orientali concessit, cujus scholæ *Auricensi* rectoribus studiis, ex patria secum migrantibus, nunquam intermorituram claritudinem foeneratus est, fecisset, fidemque per lustrum, & quod excurrit, satis probasset, apud *Walwinckelenses* dein *Græfenbainenses*, (pp) & *Georgio-vallenses* divinam veritatem docuit. Anno c13 dcc provincialium ecclesiarum ephoriam impetravit, & denique a. c13 dcc ix supremo sanctioris senatus ecclesiastici concilio adsidere jussus fuit. Ne quid beati viri manibus desiderari videatur,

(oo) **Friedrichswerth** an der **Nesse**, ist ein Lust-Schloß, das dabey liegende Dorff heisset **Erffa**, und hat dem alten adelichen Geschlechte, derer Herren von **Erffa** gehdret. Diese kamen nebst denen Herren von **Wangenheim** a. cccc. lv. aus **Ungarn** in **Thüringen** an, und baueten in dieser Gegend, eine steinerne Kempte, einen befriedigten Ort, wohin man in Feuers-Noth, und Kriegesz-zeiten sich retiriren konnte (welches Rahmens Ursprung daher, Herr **Triebeshob**, weyland höchst meritorter General-Superint. allhier, dahin deutet, **Komm in der Noth**) Nach einiger Zeit sind mehr Häuser aufgeföhret worden, bis endlich ein Dorff daraus worden. Anno c13 dc lxxvii. ist diese **Kempte** welches Lateinisch **Caminata**, oder **Caminada** geschrieben wird, oder das a. cccc. lv. erbaute alte Stamm-Haus **Erff** abgebrochen, und an Statt dessen an. 1677. das neue Schloß, von Herzog **Friedrichen** dem Ersten gebauet, auch 1689. d. 19. Julii, bey Anwesenheit verschiedener Hoher Fürstl. Gräfflicher, auch Herr- und Adelicher, und anderer vornehm i Personen, vermittelst angestellter Kirchen-devotion und anderer solennien eingeweyhet worden. Zwey Jahr hernach d. 2. August. 1691. ist Herzog **Friedrich** auf diesem von ihm neu-erbauneten Schloß im 45. Jahr seines Alters seelig verschieden.

(pp) **Gräfenhain**, oder, wie man in alten documenten liest, **Gräfenhagen**, ist um das Jahr Christi c13. cc. xxx. von Graf **Ernsten** und **Henrichen** dem Closter zu **Georgenthal**, gegen 60. Mark **Silbers** und ein Pferd zugewendet worden. **Georgenthal** **Georgii vallis** am Fluß **Uffelstädt**, welcher in **Thüringer-Wald** bey **Tambach** entspringet, und bey **Molsdorff** in die **Gera** fällt, ist ein berühmtes Closter **Benedictiner-Ordens** gewesen, welches Graf **Cizzo** oder **Sittig** von **Kefernburg** a. c13. c. l. erbauet, und gestiftet, auch seinen **Better** **Eberhardten**, zum ersten **Abt** unter

tur, pauca adhuc de parentibus, castissimæ societatis connubio, & beata, quæ venerando seni contigit, morte adjiciam. Patrem habuit *Iohannem Pfaffium*, bene meritum de ecclesia Westhusanorum, sacerdotem, matrem *Margaretham, Iusti Eberhardti*, publici hospitii, in suburbio, æthiopis titulo insigniti, curatoris filiam, qui hoc divinitus datum amoris pignus, cujus sponsorem & testem, *Iohannem Christianum Meusemannum*, solatii divini apud *Ballstadienses* interpretem, exoraverant, ad divinam gloriam omni studio & cura formaverunt. Conjugem duxit, anno superioris seculi septuagesimo quinto, *Margaretham, VVolffgangi Mabnii*, rerum divinarum (qq) *Goldbacensium* moderatoris, & antilitum adjutoris filiam, ex qua innocentissimi amoris pignora, duos filios, totidemque filias, genuit. Ex his, filii *Iobann Heinrichus*, & *Iobann Christian*, ille apud *Frimarienses*, hic apud *Megarebbachenses*, mysteriorum dispensatores, exequiarum solemnibus, primæ dignationis virorum præsentia cohonestatis, non sine acerbissimi luctus sensu & testificatione interfuerunt. Restant suprema: de his serio cogitasse, frequentes etiam sermones habuisse (id quod sapientis est & inprimis christiano viro dignum) sequens eteostichon: *Vn Dena est heptas, MI, nVn CeXp Letta, Valet*, quod diu ante beatum obitum confecerat, clare testatur. Id propter, illa etiam non alia, quam læta & exoptata potuerunt esse æternitatis candidato, jamdudum persuaso, & ex veterum piorum monumentis edocto. *Τῶν εὐσεβῶν θάνατον μὴ φθορὰν εἶναι, τῆ βίῃ, ἀλλὰ ἀρχὴν μακαρίας τῆς ζωῆς.* Sic accidit, ut die mensis Ian. XV. a. MDCCXXIX, ani-

D

mo

päpstlicher Autorität durch den Erz-Bischoffen zu Maynz a. MD. c. XLIII. eingesetzt. Nachdem dero Geschlecht abgangen, ist es an die Herzoge von Sachsen kommen. An. MD. DC. XL. ist es nach getroffener Landes-Vertheilung, Herzog Ernsten zugefallen. (99) **Goldbach** an der **Leina** / hat den Nahmen von diesem Fluß, welcher, wie in *Gotha diplomatica* L. II. cap. 28. s. 2. zu finden, **der Goldbach** genennet wird. **Johann Gottfried Gregorii** führet aus *Sagittarii* hist. Gochan. ad annum 1258. s. 14. p. 64. an, daß dieses Dorff **Burckhardten** einen Grafen von **Brandenberg** gehöret, welcher dem **Closter zum S. Cruz**, das vor dem Brüel. (es scheint das Wort komme her *ἀ περιβόλιον*, welches einen verwahrten Ort, worinnen Bäume angetroffen werden, bedeutet,) gelegen, und denen **Nonnen Benedictiner** oder **Cistercienser** Ordens gewesen, die Goldbachische Mühlen und Fisch-Teiche, samt dem iure patronatus über die Pfarr-Kirche überlassen. Das Testament, wie es bey dem *Sagittario*, p. 66. hist. Goth. zu finden, lautet also. *Nos comes Burkhardus de Brandenberc, heredum nostrorum accedente consensu, ius patronatus ecclesie parochialis in Golabach, molendinum quoque ibidem situm, cum pratis attinentibus, ecclesie S. crucis, iuxta Gocham contulimus libere, & perpetuo possidendum. Et, ut factum hoc incondulsum maneat, atque ratum, presentem paginam conscribi fecimus, sigillo nostro, & Domini Friderici de Drifurte, qui interfuit tractatui roboratam: welche geistliche Stiftung nicht allein der Erz-Bischoff zu Maynz, **Werner s. Wernharn** a. MD. CC. LXII. confirmirten, sondern auch Pabst **Alexand. V.** in einer absonderlichen Bulla bestätiget.*

no latus, plenus fidei, & spei, quæ pie morientium, propria, placida morte solveretur, cum LXXIX pene annos, hac in mortali scena partes suas optime egisset, non sine proborum omnium desiderio & questu theatro discedens.

(6)
Insp. provinc. Hennebergicus. ab a. 1666, ad 1668.

Post ephoriæ hujus sacræ rectores, qui in *Thuringia* ecclesiarum provincialium curam habuerunt, in considerationem veniant, necesse est, Inspectores, qui in *Hennebergicis* terris hæc munia obierunt. Inter hos primum locum occupat, IOHANNES HATTENBACH. Natale solum non illustres *Athenas*, aut superbum *Ilium*, habuit, sed fama obscuriorem vicum *Schweinam*, ad acidulas aquas non procul a *Salzunga* situm. In lucem editus a. MDCCXXIV, patre ejusdem nominis, sacerdotio apud *Schweinenfes* per annos (rr) quinquaginta rite perfunctum; matre *Euprosina Kochia*, ex celebratissima (ss) *Pontani* primarii quondam cum viveret, Senatoris electoralis & *Luca Cranacheri* consulis *Wittebergensis*, ob egregie pingendi artem memorabilis, profapia, ortum trahente. Puer admodum in ludis literariis, *Isenacensi* & *Gothano*, virorum pietate & eruditione inclutorum fidei committebatur, in quibus pro bonitate ingenii, quod singulare nactus erat, iis etiam artibus & linguis, quibus ad sapientiæ studia paramur, brevi eo usque profecit, ut nondum octodecim annorum adolescens, ad *Academiam*, in qua majoris scientiæ thesauri, solo studio & industria venales exponuntur, missus est. Cum autem & propria mentis destinatione, & parentum voluntate jamdum se sacrosanctæ Theologiæ studio addixisset, sapienti autem ratione cogitaret, neminem sine Hebrææ & aliarum ex oriente derivatarum, quibus DEI, & legum ab eo datarum, panduntur oracula, linguarum notitia, ad diviniorem rerum cognitionem pervenire posse, sibi metipsum in super calcari esset, & arcano stimulo, potentissimum illud æquor, licet raros etiam, eo tempore vasto hoc in gurgite, nantes præ se videret, ingredi & plane emetiri tentavit, aususque est. Quo in doctrinarum genere scientiam ita locupletarat, ut non modo sacrum codicem eo, quo ipse rerum arbiter DEUS, per interpretes voluntatis ad populum suum locutus erat, sermone, legere & explicare, sed etiam commentatores in partes vocare, eorum vim capere, & genuinum nativumque sensum dare potuerit.

Spe-

(rr) Vid. *Johannis Henrici VVeinrichii Kirchen- und Schulen- Staat, des Fürstenthums Henneberg, alter und mittlerer Zeiten* p. 662.

(ss) *Georgius Pontanus* formam fidei, quam vulgo confessionem a loco, ubi edita fuit, appellamus, ipsis comitiis imperatori augustissimo, a. MDCCCXXX. exhibuit, & tam clara voce recitavit, ut omnia in aula episcopi audiri potuerint. vid. *Buchnerus* de Pontanorum meritis. *Chytraeus* in historia confessionis Augustanæ p. 25. *Coelestinus* Tom. I. p. 79. *Seckendorff* de Lutheranismus I. II. sect. 29. 170. & *Mullerus* in *der Historien von der Evangelischen Stände Protection, und appell.* p. 128.

Specimen non vulgaris doctrinæ, hoc in artium genere, literatioribus exhibuit, cum ex (tt) *Maimonide*, ejusque præcipuis, *Alschecho*, *Iona Gerundensi*, & *Salomone Luria* explicatoribus, notas genuini ecclesiæ doctoris proponeret, & argumentis sat speciosis, quod tria, sanctitas nimirum in vita, aptitudo ad docendum sermonem & ad interrogandum, & sufficiens, ad tuendum munus, auctoritas, cuius, non modo antiquissimi foederis custodi Iudæo, sed etiam christianæ veritatis adsertori inprimis necessaria sunt, adseruit, & corroboravit. Quæ amico quodam foedere coiisse, & conspirasse in beate defuncto, rerum sacrarum moderatore *Hattenbachio*, facile demonstrari posset, si per singula ire, in morum innocentiam inquirere, & diffusam per variarum scientiarum genera, linguas, artes, eruditionem, vellemus curatius considerare; & nisi ad alias rerum circumstantias, inprimis ad publicorum officiorum functiones, progrediendum esset. A Serenissimo duce, ERNESTO, qui nomen PII promeruit virtute, ad obeundum verbi divini præconium, & ritus christiani sacra procuranda, *Neubrunnensibus* in *Franconia*, dabatur. Quod, cum non sine sanctissimi Numinis nutu & dispensatione evenire sibi persuaderet, annuit, sacramque hanc provinciam, exorato prius, ad recte expedienda munia, divino auxilio, jutus, in se suscepit. Quam, cum per triennium ea, qua par esset, dexteritate procurasset, *Goldbacensibus*, divini solatii interpretis, & præfulum *Gotbanorum* adjutor factus est, ex quo post aliquot annorum decursum, provincialium eccle-

D 2

fia-

(tt) *Maimon* & commentatores in hunc, in doctore hæc tria requirunt, (I) ut sit בעל ריעה מרובה : המטקה בצדק : יודע קצת גיורה החכמות : מופרג בחכמה התורה; *vir scientiæ multa: mundus per justitiam: peritus aliqua ex parte scientiæ exoticæ, excellens in doctrina legis:* (II) ראוי ללמד ולהורות בכל התורה כלה : יודע לשמוע ויודע לשאל ולהשיב: *idoneus ad docendum: aptus ad audiendum, ad interrogandum, & ad responderendum:* (III) גדול במנין : בזיו והוד; *magnus auctoritate & gravitate.* Hæc si reperiuntur in sacrorum doctore, tunc dici de illis, quod in *Pesachim* fol. 53. & in *Ievam* fol. 97. habetur, potest. כל המטיל מלאי לבס של תלמיד חכמים זוכה ויושב בישיבה של מעלה : כל שהיה תלמיד חכם ובנו תלמיד חכם ובן בנו תלמיד חכם שוב אין תורה פוסקת מזרעו לכולם; וכל תלמיד חכם שאומרים דבר שמוערה מפי שפתותיו דוברת בקבר: *Quicumque aliquid contribuit, discipulis sapientiam, meretur, ut sedeat in Academia cælesti, & quicumque discipulus sapientis & filius, & filius filii ipsius, quoque fiat discipulus sapientis, ab ipsius semine lex non cessatis perpetuum, omnis doctoris, qui celebre dictum profert in hoc mundo, labii loquuntur in sepulcro.* *Pesach.* fol. 53. *Metzia.* fol. 85. *Ievam* fol. 97. *Erubin* fol. 18. & *Taanith.* fol. 4.

fiarum inspector publica voce constitutus fuit. Tandem ad sacram præfectu-
ram *Waltersbusæ*, quam *Martinus Wandersleben*, qui a. c. d. c. xliv Schonavia
vocatus, primus omnium præfulis nomen meruit, morte vacuam fecerat, rite
promotus fuit. Quas, & alias faventioris fortunæ opportunitates, novis acces-
sionibus auxit, auspiciatissimum illud conjugium, quod cum primaria regie ur-
bis virgine, *Clara Elisabetha, Salomonis Glassii*, principis Theologi, Sacro-
rum antistitis, de ducatu *Saxo-Gothano*, meritissimi, filia, contraxit. Nec ex-
pertes fuerunt illius felicitatis, quam legitime nubentibus, divina oracula
promittunt in sacratissimo codice. Nam & susceperunt liberos sex, filios
quatuor, cum filiarum pari; ad hæc mutua inter se concordia & consen-
sione convixerunt, ut vere veteris poetæ versus de illis dici possit. *Cor-
poribus geminis, Spiritus unus erat.* Hac pie defuncta, postquam biennium
viduus egerat, ad secunda vota transiit, domumque rite duxit *Sibyllam
Dorotheam, Iohannis Mose, Ordrufensium* præfulis, relictam viduam, quæ
a. c. d. c. xcv, beata morte rursus obiit. Proxime ab ejus obitu, male se
habere & ægrotare coepit, non tam infestante vi morbi, sed senio irruen-
te. Et quanquam consulti suæ artis medici, opem ferre laborassent, nihil
tamen promovit, omnis horum industria, contra pertinacem vim morbo-
rum, cujus causam inprimis ipsa ætas adjuvabat. Quod cum adverteret
futuri prudens antistes, & ex virium dejectione auguraretur, se non longe
abesse a supremis, conversus ad DEUM opificem & benefactorem suum,
totum se ejus arbitrio commisit, facillique & æquo animo, vitæ tædia, &
morbi molestias tulit. Sic factum, ut die Novembris decimo, a. c. d. c. c.,
placidissimo mortis genere, qualis senum esse solet, solveretur, postquam
septuagesimum & sextum ætatis annum prope ad finem duxisset. Quæ
cum mediter, in manus veniunt ea *Erfurto*, quæ in bibliis, manu propria
consignaverat quondam beate defunctus, quæ cum nonnulla, quæ animo
non succurrerunt, contineant, usui tamen esse possunt, hisce dictis annecte-
re volui. Ego *Iohannes Hattenbach*, natus sum *Svenæ*, prope *Salzungam*,
die 11 Julii anni c. d. c. xxiv patre reverendo, *Iohanne Hattenbachio* pa-
store *Svenensi*, & districtus ad nobilium ab *Hund* dynastiam pertinentis
Inspectore per annos quosdam; matre *Euphrosina*, viri spectatissimi, *Ca-
sparis Kochii*, Senatoris *Vinariensis* filia, nepti ex matre Viri Excellentis-
simi Domini *Christiani Pontani*, cancellarii Saxonici pronepti, in historia
ecclesiastica celeberrimi, *Georgii Pontani*, cancellarii trium Saxonie Ele-
ctorum. Anno c. d. c. xxxiii jactis literarum initiis in patria, *Ifenacum*, a
patre ad triviale tunc temporis scholam, Rectore M. *Heinrichio* perdu-
ctus, exinde, a. c. d. c. xxxix ad Gymnasium *Gothanum* translatus, Re-
ctoribus Dn. *VVeizio*, postmodum, directore constituto, & Dn. M.

An-

Andrea Reybero, qui juvenum animos bonarum artium doctrina imbue-
 bant, & positis ibi fundamentis, in lingua latina, Græca, Hebræa, ut &
 Logica, methaphysica, physica dimissus, ac stipendio munitus, ad Acade-
 miam *Ienensem*, anno cio dc XLIII, a parente optumo ablegatus fui. Præce-
 ptores ibi inter alios colui, *Iohannem, Iohannem Tobiam, Majores, Theologos*
 cognatos, *Cundusum & Musæum*. Philosophiam tradiderunt *Schlevogt,*
Stabl, & Zeisold. Prælectionibus pariter atque exercitiis disputatoriis,
 publicis & privatis frequens interfui, cum opponentis, tum respondentis
 vicem sustinens. In conventu pastorum, qui *Gorba* fieri solebat, sub præ-
 sidio Dn. Doctoris *Glassii* publicam disputationem a me elaboratam, ven-
 tilavi. Anno cio dc XLVII die III Maji ob funestum bellum domum revo-
 catus, *Einbeccam*, spe lautæ conditionis inescatus abii, frustratus vero illic,
 ad *Visurgim* discessi, & prope *Hameln*, apud præfectum quendam in præ-
 fectura *Forst*, liberos erudivi. Anno cio dc XLIX patre ita volente *Ienam*
 repetii, lauroque magisteriali decoratus, publice disputavi; dein domum
 abii & parentibus a. cio dc XLIX defunctis, ad annum cio dc L in patria
 commoratus sum, quo ad munus ecclesiasticum in *Neubrunn* prope *Eis-*
feldam, a Ser. Principe ERNESTO denominatus fui: Anno cio dc LIV, pa-
 ter patriæ indulgentissimus me *Mühlbergam* vocavit, quam functionem
 autem ob causas magni momenti recusavi. Eodem anno spartam præsu-
 sulis in *VVerningeroda*, Illustrissimus comes in *Stollberg* mihi obtulit, sed
 ob varia impedimenta res successum non habuit. Anno cio dc LV *Gold-*
bachium ad munus ecclesiasticum veni, die II Februarii, ephoria adjun-
 cturæ mihi insimul demandata. Anno cio dc LXVI. Inspectionem provin-
 cialem in ecclesias ducatus *Gorbani*, una cum Dn. *Licentiate Herwarto* im-
 petravi, domiciliique sedem *Salzunge* fixi, quorsum non sine luctu audi-
 torum & pastorum fidei meæ commissorum, solemnem valedictoria habita
 die VIII Maji discessi. Anno cio dc LXIX, Serenissimi jussu, die XXIV Junii,
VWaltersbuse, dixi ad populum de rebus divinis, & brevi post vocatus &
 confirmatus, præsentemque Serenissimo duce FRIDERICO publice intro-
 ductus fui.

Hunc excipit frater, (uu) IONAS CHRISTIAN HATTENBACH,

In Henne-
 bergia, In-
 spect. II,
 ab 1668
 ut ad 1675.

D 3

(uu) Demnach der bishero gewesene Kirchen-Inspect. Ehr. M. Johann Hattenbach
 Ew. Bruder, von denen eingepfarrten zu *Waltershausen* zum Pfarr daselbst belie-
 bet, und Er nunmehr solch sein Amt, samt der Superintendur anzutreten hat. Als
 begehren wir, an statt des Durchl. Fürsten und Herrn, Herrn *Ernst*, Herzogen
 zu Sachsen, Jülich, Cleve und Berg etc. Ihr wollet, Krafft dessen euch jüngst ange-
 tragenen Inspection, in denen, beygefügter Specification, enthaltenen Orten, nunmehr
 ro gebührend anmassen. d. 26. Junij 1668.

Fürsil. Conslit.

ut aliquid referatur; publicæ tantum institutionis, paucis mentionem faciam. Per magni refert, in quæ quis veniat magisteria, cum non cuilibet magistro hoc indulserit natura, ut licet locupletem & copiosissimam variarum rerum scientiam possideat, simul etiam, alios cum fructu docendi, artem & habilitatem habeat. Quod cum in triga virum, *VVeizio*, *Reybero Strobello*, suorum studiorum rectoribus, amico quodam foedere conjuncta reperisset, nunquam desuit, horum in se egregia merita & virtutes, summis encomiis concelebrare. Sub horum auspiciis, cum triennium, iis unice rebus, quibus vera sapientia continetur, ad majora animus præparatur, tamque propriæ, quam publicæ saluti consulitur, consumsisset, in *Academix Salanæ* tabulas, prisca consuetudine relatus, primum sub *Dillberro* & *Museo* coeptas in scholis, quantas sacris literis addicto sufficere posse autumabat, philosophicas artes excoluit. Per tot dumeta autem, & vepres spinosæ metaphysicæ ire, artis rationandi interpretamenta pervolvere, veterum pariter & recentiorum sophorum scita nosse velle, operosum magis, quam fructuosum reputabat; exemplum divi *Basilii* secutus, quem memorant, ex omnibus artibus & disciplinis salutiora tantum elegisse; usu vero carentes quæstiones, quibus ad prava de rebus sacris, judicia sæpe detorquentur cultores, repudiasse, & improbavisse. Ad veritatis divinæ cultum eruditus fuit, a *Cundusio*, *Gerhardo*, & *Glasio*, qui ea tempestate mysteria religionis & fidei, literato gregi interpretabantur. Et, postquam ex lectione scripturæ & acroasibus sacris, viam sibi juxta & aliis, ad consequendum illud summum bonum, quod in conjunctione cum DEO positum, pandere & ostendere didicerat, patriam rursus superiorum jussu & voluntate, remigravit, in qua non diu, postquam adventasset hospes, ad publica ministeria, sacerdotia, & tandem ad ipsas præfecturas, per intervalla, aspirandi, per opportunam occasionem nactus est. Quo ordine, aditu, & processu ad sacra munera fuerit promotus, quo tempore apud *Cracovienses*, *Lindavienses* verbi divini veritatem docuerit, qua fide, quaque industria, Ephoriam ecclesiarum provincialium rexit, quo studio sacra apud *VVasungenses* procuraverit, nihil loci & temporis est, multa verba facere, & tot diversas rerum circumstantias recensere. Id tamen dissimulandum non est, quod post minores infulas ad summam dignitatem inter ecclesiastas, qui in ducatu *Meinungensi* sacra administrant, proventus fuit. Nondum de conjugio dixi. Uxores tres habuit, quarum primam *Margaretham Christinam*, præfecturæ *Hilpersbusanæ* moderatoris filiam, virginem duxit, ex qua quinque amoris pignora nactus est. Alteram, *Annam Christinam Elidneriam*, secundo post prioris uxoris decessum, anno, legitimis ritibus sibi junxit. Tertia fuit *Margaretha*, *Cyriaci Antonii Fuldii*, bene meriti de *Salzungensi* ecclesia mystæ,

stæ, vidua, cum qua, anno c10 DC LXXXV, matrimonii foedus sanxit, nuptiarum solemnibus *Meinungæ* celebratis. Restat, ut e thalamo ad tumultum veniamus. Ingravescentem ætatem catarrhi frequentes infestant, qui in paralyfin, & denique in apoplexiam degenerarunt, qua tandem correptus die X Martii a. c10 DC XCV, dignitate incolumi, plenus annis, & quod caput est, plenus fiducia quam immotam in mundi Servatorem collocarat, felicem, exoptatam, & ultimam vitæ horam imposuit, postquam hac in mortalitate annos LXXII confecisset. Contractiora his & breviora dabit sepulcralis inscriptio, monumento, quod honorem pie defuncti positum fuit, incisa.

(xx) *Jonas Christian Hattenbach,*
diu in his terris, multumque fatigatus,
in ovili Christi potissimum permultos exhaustit labores,
in Gymnasio *Gothano*, , ut & celeberrimo *Salana*,
philosophica, philologica, Theologicaque probe edoctus,
philosophiæ magister declaratus,
paulo post pastor evasit *Cravoviensis*, dein *Lindavienfis*,
de hinc inspector provincialis, tum Superint. *Wasungensis*,
denique concionator aulicus hic loci, nec non
ducalis
confessionarius, Superintendens Generalis,
& consistorialis.
Ter interea temporis sponsus & maritus,
V liberorum pater, VII nepotum avus,
Natus c10 DC XXI IV Kal. Novombris,
denatus c10 DC XCV, decimo Kal. Martii.

Ultimo partes hæ exornandæ commissæ fuerunt (yy) IOHANNI REINHARDTO, *Hilperbusa-Franco*, qui a. c10 DC LXXV, Witteberga vocatus, munere hoc ecclesiastico ad annum c10 DC LXXVII, multa cum laude perfectus est. Et quamvis pater non alio nomine, quam opificii cerdonis quod

Insp. III. Henneberg. ab a. 1675 ad 1677.


(xx) Vid. *Johannis Heinrici VVeinrichii Kirchen- und Schulen- Staat des Fürstenthums Henneberg*, alter und mittlerer Zeiten. p. 520.


(yy) Consist. rescript an Herrn *Reinhardten*. Welcher gestalt der Durchl. Fürst und Herr, Herr *Ernst*, Herzog zu Sachsen etc. unser gnädigster Fürst und Herr entschlossen, zu Wiederersekung, der alhier vacirenden Stelle eines Kirchen- Inspectoris, in denen Fränkischen Orten Ew. Person zugebrauchen; Als begehren wir hiermit, Ihr wollet eure Sachen also anstellen, daß Ihr Euch bey förderlichster Gelegenheit

quod exercebat, & boni civis inter contribules suos notus esset; mater vidua etiam post præmaturum mariti obitum, induxisset animum, ut filias paternæ arti addiscendæ adveseretur, singulari tamen diviniore providentiæ ope, occasionem invenit, in literarum studia incumbendi, ea feliciter excolendi, & horum adjumento, præ aliis emergendi, fama & existimatione inter eruditos inclarescendi. Auspicatus ea in ludo patrio, continuavit in Casimiriano, quod *Coburgi* celebratur, athenæo, in majus auxit in celebratissima, quæ *Argentorati* patet discentibus, Academia. In qua, postquam virtutis præmio, tituloque doctoris philosophici condecoratus fuerat, domesticas, quas vocant, scholas aperire, de rebus, ad morum cultum spectantibus, docere, variorum (zz) argumentorum dissertationes conscribere, easque pro rostro defendere, coepit. Neminem ex his, hac tabula enumeratis, dare possum, qui tam frequens fuit in cathedra disputator, tam disertus perorator, quam, qualem se inter tot rerum expediendarum negotia, præstitit, laboriosissimus *Reinhardus*. Accedit, quod & in ipso munere jamdum constitutus, difficiliorum rerum dissertationes, (aaa) quibus res ad divinam scientiam pertinentes, explicavit, eas contra aliorum petitiones defendit, & opiniones minus recte sentientium confutavit, non

anhero erheben, und was man deswegen verfügen wird, erwarten möget. 1675. d. 2. Mart. Die Antwort Herrn Reinhardts. Ich bin versichert, daß der allgnädige Gott, der mich nun zehen Jahr auf Vniversitäten und über dreyzehen in der Fremde, so wundergnädig geführet, und seine nicht gemeine, sondern sonderbahre Gnade, handgreifflich hat spühren lassen. (Denn wo sind viel, so sich solcher Gnade rühmen könten, daß sie vor ihrem xxx. Jahr auf Vniversitäten in die LIII. collegia docendo gehalten, als XII. Theologica, XX. Logica & metaphysica, XII. Hebraica, III. Ebræo - Chaldæo - Syriaca, II politica, II ethica, und I physicum. Allein Gottes Gnade, nicht meinen Fleiß und Arbeit rühme ich,) werde seine Gnade über mich auch künfftig hin reichlich walten lassen, daß ich die anzutretene Kirchen-Inspection mit Seegen führen könne.

(zz) De virtutibus intellectualibus. Θεογνωσία naturali ἐμφύτω. universali in genere. Arte definiendi. Signo signato. Therantopismo ficto. Quadriga problematum metaphysicorum. Unione. Amicitia. Notis marginalibus sacri codicis וְכֵן וְכֵן. De iisdem notis super Genesin & Exodum. De iisdem notis super Leviticum, Numerorum & Deuteronomium. Notis marginalibus Libb. prophet. haph-taris. Execratione, qua Paulus 1. Cor. cap. ultimo, & versu ultimo vtitur, ex quo em-

phasas vocabulorum in Christi vernacula Syriaca, exponit. 



(aaa) Fides catholica omnium temporum. V. & N. T. in sanguine Messie justiciam & salutem quærens, impugnata a Calixto. Theologorum *Ienensium* errores, zu der

non sine doctiorum plausu & approbatione, in lucem edidit. Quid mirum? quod cum hoc modo fama eruditionis & in agendo dexteritatis, in alias christiani orbis partes sese diffunderet, & eundo cresceret, a summis imperiorum principibus, ad primæ dignationis munia suscipienda fuerit invitatus. Hæc autem, utpote majorum onerum & ærumnarum prænuncia, ex tenero in patriam amore, modeste recusavit, maluitque provinciam, ad quam ab indulgentissimo patriæ patre, ERNESTO *Hilperbusæ* obeundam, desiderabatur, suscipere, quam in aliis terris provocare casuum ambigua, speciosa tutis & certissima incertis præferre. Præfuit autem imperatis officiis, tanta cum cura & provisione, ut non minus seduli, & fidelis ecclesiarum ministri, quam concionatoris facundi & disertis laudem commererit, vitamque & mores, quibuscunque piis, abunde probaverit. Anno MDCCXXV matrimonii foedus iniit, cum *Iohannis Krauseri, Grafendorfiensis* clientelæ, dynastæ filia, *Anna Magdalena*, cum qua in viginti annos sine ulla unquam querela vixit, & ex ea decem liberos genuit. Horum natu major, *Michael Heinrich*, doctor Theologus, primarius in principatu *Sondershusano*, sacrorum antistes, magnam nominis existimationem, cum (bbb) munerum, in scholis *Misnensi & Hilperbusana*, & in ecclesia, quæ *Pretschæ* Servatori CHRISTO colligitur, rite factis procurationibus, tum etiam doctissime elaboratis (ccc) scriptis, quibus Christianum orbem salu-

E ber-

ganken werthen Christenheit unpartheyisch Urtheil und Erkenntniß denen 93. vermeynten Religions-Fragen und controversien, welche a. 1676. zu Jena, wider ihn heraus gegeben, entgegen gesetzt. *Harmonia Calixtino-hæretica. Herminevtica sacra. Jugend Systema. Sünden und Laster Systema. Glaubens Systema.*

(bbb) Herr D. *Reinhardt* wird a. 1721. Superint. zu *Sondershausen*; vorher war er Conrector 1699. in der Fürsten-Schul zu *Meisen*, a. 1700. Rector zu *Hildburghausen*, 1713. Prediger und Diaconus zu *Pretsch* bey *Ihro Majestät der Königen in Pohlen.*

(ccc) *Pendate conatum sacrorum. Historia confessionis tetrapolitanæ. Sepultura animalium Hebræis utitata. Cibis Hebræorum prohibitis. Elementis linguæ hebrææ, cum remissionibus ad Vasmuthum, Hilligerum, & Schickardtum כלו השיר* *ὄργανοΦυλακίω* musico codicis Hebræi. Schematibus Grammaticæ Latinæ cum paradigmatis aliquot epist. Cicer. *Der Thron der Unsterblichkeit, bey der Durchl. Fürstin Fr. Sophien Henrietten Vensetzung. Gratulatione, Illustri viro, Georgio Zangio, Hilperhusa, Arnstadium abeunti. Gratulatione, Iohanni Elia Vlichio, pastori Burckardensi, cum apud Haynenses M. dcciv. sacrum diaconi munus obiret. Das aus merckwürdigen Tünffen, zu hohem Glück, und allen Fürstl. Gesehen, aufgewachsene Tünffsig. S. F. D. Herrn Ernst Herzogen zu Sachsen. Programmatis de voluptate eruditorum. Ambitione honesta. Primordiis Latini sermonis Bratschii, cum noua accessione. Γυναικείω παραλλήλω Cornelii Taciti. De fœminis illustribus. Kurze Nachricht von denen Lieder Autoribus im Hildburghausischen Gesang-Buch. Pentade conatum sacrorum (1) de scripturæ sensu apparente. (2) iustitiæ divinæ ἐνδείξει typica (3) Nicolao Lyrano nunquam*

berrime huc usque erudit, promeruit, *Christoph Ludwig* eadem, quam incolit frater, civitate, regia Principis *Sondershusani* sede, correctoris munere in Lyceo defungitur. Et *Iohann Benjamin* liberalium artium magister, itidem molestissimæ, quæ scholastica, provinciæ, in patria præest, & hac ratione perinde ac frater, de humano genere optime mereri studet. Vix autem ulli magis profunt aliorum salutem, quam qui in scholis versantur, & animos juvenum ad amaras, virtutum & studiorum, ut *Isocrates* inquit, radices degustandas, instruunt & ad usum publicum erudiunt. Quicquid felicitatis in communem rem unquam redundare potest, id ab ista scaturigine, unde primi latices hauriuntur, profuat, necesse est. Quorum studia, destinationes, munerum functiones, & reliquas, quæ contigerunt illis, vitæ opportunitates, cum consideramus, quid aliud inde discere, capere & colligere possumus? quam DEUM sospitorem, qui neminem unquam desertum vult, qui spem in eo semel posuit bona fide, horum inprimis ob præmaturum optumorum parentum obitum, quibus in tenera ætate se vix sentiebant orbatos, curam habuisse, iisque ita prospexisse, ut ex umbra, qua inter paupertatem & domesticas alias adversitates latuerunt, publicam in lucem protracti, aliis regendis præfici, & reipublicæ decora, ornamenta & columina evadere potuerint. Ad ultima veniendum. Apud *Svetonium* legimus, *Iulium Cæsarem*, cum apud *Xenophontem* in venisset, *Cyrum* ultimæ voluntatis tabulis, varia de funebri apparatu præcepisse,
lentam

Iudæo, (4) Interprete religioso, (5) Caino desperante. Gratulatione D. D. *Pippingio*, factorum primo antistiti in aula *Dresdensi*. Barometro des menschlichen Lebens, unter dem Bilde eines Wetter-Glases in einer Dank- und Gedächtnis-Rede. Variantibus N. T. lect. a *Iohanne Millio*, aliisque collectis speciminis loco ex Mat. expendit, & scholam *Hilperhusanam* valere iubet. Artibus satanæ, quibus miracula divina impugnavit. Das allerhöchste Nahmens-Fest Carol. VI. Römischen Kayser's. Programmate, worinne Nachricht von *Huberti* Orden, welches, eo inscio denen unschuldigen Nachrichten, an. 1711. p. 355. einverleibet worden. Disputatione de miraculis, qua *Benedicti Spinose*, *Connoris*, *Ioh. Locxii*, aliorum sententiæ expenduntur. Memoriali historico. Das getrüßete und unverzagte Herz eines rechten Israeliten, in einer Gedächtnis-Predigt, bey dem Ableben des *Sondershäuserischen* Hrn. Hoff- und Cammer-Raths, *Heinrich Bernhard Rhäse*. Vorrede an *Heinrich Müllers* Thränen- und Trost-Quelle. Programmate de Principis christiani cura circa scholas, & ecclesias, itemque jure episcopali. L. Beiträge zu denen unschuldigen Nachrichten von 1714 ad 1720, von welcher Zeit er, nachdem der berühmte *Chur-Sächf. Theologus*, Herr D. *Johann Valentin Löscher*, die Inspection über solche Arbeit aufgegeben, über solche diese besonders übernommen, und oft ganze Schediasmata mit beyfügen lassen. Relatione aus dem *Parnasso*, von der benedictione sacerdotali, contra *Strubium* Halens. Summis honoribus D. *Io. Kieslingio* in Acad. *Lipstensi* Iul. 1720, die 19. Decembr., collatis gratulatur, M. H. R. Defensione conatus IV & V. X in Pentade, adversus M. *Ortolium*. Præjudicio autoritatis in interpretanda Script. S. & Caino desperante Gen. IV.

lentam tabem, & hanc cunctanti gradu sequentem mortem, aspernatum, & plane fuisse execratum; properatam vero sibi exoptasse, & talem quidem, qua in imperio stans, ex acie media, pro patriæ salute dimicans, in ipso rerum bellicarum actu, ad superam domicilia raperetur. Quod si inter felicitatis partes numerent æquore navigantes, si quando, non diu, postquam solverunt, syrtes, vada, infames scopulos, & acroceraunia prætervecti, in portum appellunt. Ita illi etiam beati sunt censendi, quibus non diu luctandum cum tot rerum discriminibus, morborumque difficultatibus, sed repentino mortis genere avocati, repente laborum, ærumnarum, finem inveniant, & exoptatam quietem. Cum itaque facili hoc, & propitio fato abierit *Reinhardus* hac ex miseriarum valle, magnæ potius felicitati ducendum, quam detrimento, quippe quem accelerata mors paratissimum invenit, jamdudum de æternitate cogitantem, de rebus divinissimis verba facientem, ad populum inter lacrymas perorantem, & sanctis sui imperati muneris exercitationibus immorientem, cum insuper annos XLIV, sine ulla perperam factorum nota, hac in vitæ statione exegisset. Sufficiant hæc, de ecclesiarum & scholarum provincialium XI Inspectoribus, qui per tres & sexaginta annos, sub fortunatissimis ERNESTI PII, FRIDERICI I. filii, & FRIDERICI II. nepotis, auspiciis, in Thuringia & Franconia, sacræ provinciæ præfuerunt, dixisse, & eorum studia, mores & vitæ actus, quibus ad recte agendum incitamento esse potuerunt, commemorasse. Quorum in ordinem numerumque, cum ex plane singulari, Serenissimi Patris patriæ indulgentia fuerim cooptatus, mearum partium esse duxi, ut HVIVS non modo, sed etiam aliorum in me beneficiorum memor, grates EI dicam, habeamque maximas. Tot autem, tantaque inusitata gratiæ in me documenta, sunt ut ea vix mente concipere, nedum, omnia ordine & per singula capita recensere possim. Non ultimum, inter hæc illud censendum, quod tamdiu, ultra nempe xxxv annos, & ita per maximam ætatis partem, Gymnasii incrementis ut administro & literati ordinis magistro, interesse licuerit. Etenim hoc diuturnioris temporis tractu, discendi ea occasionem nactus sum perquam opportunam, quæ ecclesiastico muneri, quod mihi demandatum fuit, tuendo & rite administrando, plurimum conducere possunt. Et quemadmodum in id, unice curæ & destinationes evigilarunt hucusque, ut rectiori pietatis & literarum cultu instruerem discentes & quodammodo satisfacerem imperato officio: ita etiam in posterum non ero alius, nec alienatus, a prisco recte agendi studio; in id omni virium contentione excubiturus, ut suscepti sacri muneris ratio a me habeatur. Restant pia vota & preces, in fine sermonis, pro incolumitate Patriæ PATRIS, & publicæ felicitatis perpetuitate, nuncupandæ. Eo eunt hæc, & ten-

dunt: Velit potentissimus Piorum Principum tutor & custos, DEUS (I)
TE, DUX SERENISSIME, religionis purioris defensorem,

tot

(I) Ihro Durchl. sind geböhren a. 1678. d. 28. Julii st. v: n. vero d. 8. Augusti. (II) treten die Reise a. 1692 nach denen Niederlanden, und Engeland an, (III) werden von Ihr. Kayserl. Majestät Leopoldo im XVIII Jahr vor majorenn erklärt, in dessen diplomate die profitable Clausul stehet, daß die Nachkommen dieses Herzogs in dem vor angeführten Jahr, Bogtbar, und Regierungsfähig seyn sollen, (IV) übernimmt 1693, am ersten Advents-Sonnt. die Regierung, (V) 1697 vermählet sich mit der einzigen Princeßin Magdal. Augusta, Caroli Wilhelmi, Fürsten zu Anhalt-Zerbst, Tochter, von welcher xviii. Fürstl. Kinder geböhren, davon noch VII Prinzen, und zwey Princeßin zur Freude der Hochfürstl. Eltern, und Trost des ganzen Landes am Leben. (VI) Nach angetretener Regierung ließen Ihro Durchl. sich die erste Sorge seyn, Gott zu Ehren theils neue Kirchen aufzubauen, theils alte zu repariren, wie dann Vier mehr dieser gezehlet werden, als Ihro Durchl. Jahre durch Gottes Gnade erlebt haben. Die erste war die Kirche zu Desterbähringen, die a. 1694 eingeweyhet worden, 2) eodem anno die Kirche zu Tragsdorff oder Traxdorff, 3) eodem anno zu Teutleben, 4) 1696 die zu Herrnhof 5) Die Schloß-Kirche in Dero Residenz, zu welcher der Grundfromme Herzog Ernst an. 1687 den Grund-Stein geleyet, hernach, weil die eingezogenen Balken wandelbar worden, von Ihro Durchl. Herzog Friederichen dem Ersten eingerissen, und nach dessen höchst-seeligen Tod, von dessen Durchlauchtigsten Successore wieder aufgebaut, und am Geburts-Tage d. 28 Julii 1697 solenn eingeweyhet. 6) eodem anno zu Grabisleben 7) 1699 zu Roddigen, 8) zu Hohenberge. 1700. 9) eodem anno die Kirche zu Lauterbach, 10) Schönau an der Hürsel anno eodem. 11) 1701 zu Wölfs, (12) zu Schwabhause, 1702. 13) zu Winterstein, 1703. 14) Oberhof, 1704. 15) zu Nordhossen 1706. 16) Stifts- und Waisen-Kirchen hier in Gotha, 1710. 17) zu Altenberg 1712. 18) zu Petriroda oder Pehigerode, 1713. 19) Roda eodem anno 20) Zu Ohrdruff, auf dem so genannten Leiche, anno eodem. 21) die, am Siech- und Sonderhof, welche an statt der alten S. Nicolai-Capellen, die 396 Jahr gestanden, von Ihro Durchl. zur Dankbarkeit, der glücklich überstandenen gefährlichen Kranckheiten, von neuen erbauet, den 18 Decembris eingeweyhet, und die Friedrichs-Kirche genennet worden, 22) zu Westhausen, eodem anno. 23) das Hospital zu S. Magdalenen, nebenst der Kirchen in dem Brül 1716. 24) Ebenhausen an der Berr, 1716. 25) Mechterstett. 1717. 26) Bischleben, oder Bischoffleube, anno eodem. 27) Mehestett. 1719. 28) Stuckhaus. 1719. 29) Molsdorff. 1720. 30) Wenderode anno eodem. 31) die Capelle auf dem Schloß Tanneberg, 1721. 32) Laucha. 1722. 33) anno eodem zu Franckenhahn. 34) die Stadt-Kirchen zu Waltershausen, 1723. 35) Töttelstett. 1725. 36) Hallungen, 1626. 37) Gräfenhain. 1727. 38) Reukirchen. 1728. 39) Finsterberg und Sundhausen. Derer reparirten Kirchen sind XVIII. [a] zu Reinhardtsbrunn. [b] Jchterhausen. [c] Eberstett. [d] Siebleben. [e] Ballstett [f] Klein-Fahner. [g] Groß-Fahner. [h] Friedrichswerth. [i] Apffelstett. [k] Kornhochheim. [l] Diedendorff. [m] Gräfenroda. [n] Jngerleben [o] Sülzenbrück [p] Büntherleben, [q] Haarhausen. [r] Brühem. [s] und endlich die Kirchen zu S. Margarethen, die zum viertenmahl 1727 den 11 Septembris eingeweyhet worden. In dieser ist 1729, dem theuren Herzog Ernst, zum Andencken von Ihro Durchl. Herzog FRIEDRICHEN ein kostbares monument aufgerichtet, auch in solcher eine Lob-Rede d. 26 Martii, die emortuali, von dem doctore Theologiae, Hrn. Ernst Salomon Cypriano, Confessorial- und Kirchen-Rath, in Lateinischer Sprache gehalten worden. Von wel-

tot sacrarum adium restauratorem, fugientium literarum statorem & vindicem, piarum legum, mandatorum, tabularum constituto-

dem jetzt benandten, wie auch von andern in dem Fürstenthum Altenburg, und in der Graffschafft Cranichfeld, theils neu-erbauten, als auch reparirten Kirchen, der Fürstl. Friedenssteinische Hof-Prediger, Herr Johann Benjamin Zuhn, in einem besondern Tractat ausführlicher handeln wird. In Erwegung, daß so viele Kirchen, unter der gesegneten Regierung, unsers theuren Landes, Vaters erbauet worden, krißt ein, was auf einer Medaille, die a. c. 1700 gepräget: an dero einen Seiten ein Opffer-Altar, auf welchem ein Herz im Feuer auffliehet, mit diesen Worten: hæc mea sacra quotannis: siehet. Gleichwie nun Jhro Durchl. vor die Wohlfahrt derer Kirchen einen heiligen Eifer erwiesen; Also haben Sie nicht weniger derer Schulen sich recht väterlich angenommen. Ich will nur gedennen des hiesigen Gymnasii. Zu Aufnahm dessen, ist die Schul-Bibliothec, 1) worzu 1585 der Canklar Schröter, und geheimde Secretarius Henschner den Grund gelegt, durch des seel. Hrn. R. Hessens, Hof-Rath. Hrn. Johann Friedrich Breithaupts Bibliotheken, wie auch von denen dupletten aus der Friedenssteinischen, vermehret worden. 2) Anno 1701 ist der Schul-Wittwen-Fiscus gestiftet worden. 3) 1713 wurde der Fiscus Gymnasticus vor sämtliche Schul-Collegen fundirt. 4) 1718, ist eine neue Foundation vor die Oeconomie der Schul gemacht worden, 5) eodem anno wurde von denen Cankeln das rescript, de ingeniorum selectu abgelesen, 6) 1719 ist wöchentlich zwey mahl die Französische Sprache, publice zu lehren, angefangen worden, 7) wurde rescribirt, wegen fleißiger Visitation des Gymnasii, und daß auf die Academie gehende, und von der zurück kommende, sich bey dem O. C. stellen sollten, 8) wurden a. 1621 die leges scholasticæ revidirt, und verbessert, 9) sind auch über dieses so viel heilsame Verordnungen publicirt worden, daß kein Jahr vergangen, so lang Jhro Fürstl. Durchl. regiret haben, da nicht dergleichen gedruckt und vorgelesen worden, [a] Anno 1694 wurden Erläuterungs-Puncten, welche bey denen in annis 1667 und 1680 publicirten Kleider-Ordnungen in hiesigen Fürstenthum zu beobachten, edirt. [b] ergieng ein Befehl an die Herren Geistlichen, wegen der Fast-Buß- und Beth-Tage, [c] 1695, denen Ernestinischen Ordnungen nach zu leben, [d] item wegen des Bibel-Lesens in der Kirchen, wie auch, daß die Pfarrer, bey Verlesung derer Biblischen Capitel, keine eigene usus anhängen sollten. [e] 1698, wegen der Catechismus-Information, daß solche durch publication weltlicher Dinge nicht interrumpirt werde. [f] Wegen Calendar-Verbesserung 1699. [g] 1701 wurde denen Inspectoribus disciplina auf denen Dörffern, eine neue Instruction in die Hände gegeben. [h] eodem anno, bekamen die Pfarrer auf dem Lande ein modell, wornach sie das Seelen-Register einrichten sollten, [i] 1703 wurde denen Metzger nachdrücklich verbotten, kein Vieh auf die Sonn- und Fest-Tage zu kaufen, und abzuholen. [k] eodem anno, alles Auslauffen auf die Dörffer zum Bier und Brandwein. [l] Das allzugemeine Gluchen, sonderlich in denen Wald-Dörffern, a. 1706. [m] das abergläubische Schiessen auf Wallpurgis-Abend, 1708. [n] 1709 ist das Duell-Mandat am Sonntag palmarum von denen Cankeln abgelesen worden, [o] wurde das Brandweinschenken vor dem öffentlichen Gottesdienst untersaget. [p] bey der Communion kein Rang zu nehmen, [q] 1714 wurde das Patent wider die Vaganten, blesirte und abgedanckte Soldaten, Jüden, Ziegeuner, Garte-Brüder, und Herren loses Gesinde, das an. 1704 schon publicirt, erneuert, [r] das Edict, zu Herstell- und Erhaltung einer Gott-gefälligen harmonie bey Kirchen und Schulen, im Lehr und Leben, 1715. [s] 1707 Ergieng eine Verordnung wegen Admi-

tutorem & autorem diutissime servare sospitem & felicem, functoque
mortalium statione longissima, seros, nec alios successores sufficere, quam
quos jam dedit, SANGVINEM SVVM, huncque, AETERNVM præstare.

92
7/12
2037

Es lebe Friederich! der Held der theuren Sachsen,
Es steh Sein Fürsten-Stamm, wie starcke Cedern fest,
Es muß Sein hoher Ruhm, auf späte Nachwelt wachsen,
Bis Gott der Welt zurufft, das Consummatum est.

nistraton, des hiesigen Hospitals. Mariæ Magdalena, auch Einnehm- und Auslehnung derer dahin gehörigen Capitalien, und Zins-Geldern. [e] das Jahr vorher 1716 wurde das Ausfahren und Mahlen auf die Sonn- und Fest-Tage denen Müllern verbotthen, [u] 1719. das sonst gewöhnliche Mayen-Sehen auf Pfingsten, [x] das Fiedel-Lanzen, Plöcken, Rasen und Schwelgen, in denen Gothaischen Bier-Schenken, [z] wurde ein Regierungs-Fiscal 1720 bestellet, der auf die ordentliche Haltung derer Rüge-Gerichte, und dero Herstellung, wo sie etwa nicht zur völligen Observantz, oder auch durch Nachlässigkeit derer Obrigkeiten in Abgang kommen tringen sollte [z] 1726 wurde der Mißbrauch des Brandeweins, und anderer damit vermischten Getränke nachdrücklich verbotthen, (*) 1728 wurde gebothen, das Kirchweyh-Fest auf einen Tag im Fürstenthum Gotha zuhalten. Endlich ist noch zu gedencken, daß unter der gesegneten Regierung unsers theuren Landes-Vaters nachfolgende Stücke ihren Anfang genommen. 1) Burden 1704, gedoppelte Alleen mit Linden-Bäumen, vor dem Siebleber-Thor angeleget, auch die Strassen einige Zeit darauf gepflastert. 2) 1707 Ist die Wasser-Kunst, durch welche das Wasser, von denen im Löpfeber Felde vorhandenen Quellen, 91 Schuh hoch in Thurm getrieben, hernach in Schloß-Hof und daran gelegenen Wall-Garten geleitet wird, zum Stand kommen. 3) eodem anno ist der Canal im Thier-Garten hinter dem Schloß, der 1513 Schuh, oder 116 Ruthen, und 5 Schuh, jede Ruthe zu 13 Schuh gerechnet, fertig worden. 4) 1708 wurde von Seren. gnädigst resolvirt, und 1709 vollzogen, daß die Gottes-Acker-Kirche der Garnison allhier eingeräumet. 5) 1710. Ist das Waisen-Zucht- und Wittwen-Haus gestiftet worden, 6) wurde das Friederichs-Thal vor dem Siebleber-Thor, das 1702 von Herrn Geheimden-Rath von Schleunitz zu bauen angefangen worden, von Ihro Durchl. gekauft, und an. 1711 solenn eingeweyhet. 7) eodem anno wiederfuhr auch diese Einweyhung dem Keyherischen Haus in der Sandhäuser-Gasse, welches zum Amt-Haus, das anfangs nach Eroberung der Festung Grimmenstein, am Schloß-Berge im Paradies, nachgehends in dem Glasischen Frey-Haus in der grossen Erfurter-Gassen, wo jeko das Waisen-Haus, und dann in dem Eck-Haus gegen der Schloß-Brücken gewesen, gemacht. 8) ist die Grotte im Friedrichs-Thal, wie auch das grosse Bassin, 1712 im Garten, zur Perfection kommen, 9) wurde das kostbare Schwarzburg-Urnstädtische Münz- oder Medaillen-Cabinet, 1712 gekauft, und dadurch, das von Dero Durchl. Vorfahren ererbte, gar ansehnlich vermehret. 10) 1713 ist die Garnison-Schul gebauet worden. Zu geschweigen der Fürstl. Bibliothec, welche durch die Fergische, Feustkingische und Thumshirnische bis auf 25000 tausend gewachsen, ohne die Msta, davon an. 1713 der Catalogus allbereit gedruckt worden.

2) 0 (20

M.C.

Pom Wd 2037, QK

VD18



ULB Halle
008 349 126

3





Q. K. 119, 13.

[Handwritten mark]

Wd
2037

MEMORIA
INSPECTOR. ECCLES. PROVINCIALIVM,
QVOTQVOT, SVB FELICISSIMIS,
ERNESTI PII,
FRIDERICI,
ET
FRIDERICI II.,
AVSPICIIS, SACRO MVNERI PRÆ-
FVERVNT, RESTAVRATA,
AB HORVM RECENS CONSTITVTO SVCCESORE,
IOANNE ELIA REICHARDTO.

GOTHAЕ,
LITERIS REYHERIANIS,
ANNO MDCCXXIX.

BIBLIOTHECA
POMERANIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

